حقه‌جك *hokkæğyk*. t. n. *dimin. ab* حقه *hokkæ*. Pyxis parva, alabastrum. *Bossoletta.*

حقه‌كاوس *hokkækāwes*. p. n. f. *compos.* Una ex 31. modulationibus citharœdi regis Chosrew. *Ferh.*

حقه‌گر *hokkæger*. p. *adj. compos.* Capsularum faber, torno. *Ferh.*

حقى *hukij*. a. n. f. *pl. mult. ab* حقو *hækw*. Extremitates tenuiores, sagittæ alæ proximæ. *Wan.*

حقيبة *hækybet*. a. n. f. *pl.* حقايب *hækāib*. Pera, mantica, aliudve, *quod post sellam, tergumve religatur. Gol.*

حقير *hækyr*. a. *part.* Vilis, contemtus. *Vile, abietto. Wan.* ¶ بن حقير *ben hækyr*, & بو حقير *bü hækyr*. Hic vilis, & humilis, *i. e.* ego. *Io meschino.* حقير طوتمق *hækyr tūtmæk*. Spernere. *Sprezzare.* خاك حقير كبى *chāki hækyr kibi*. Instar vilis terræ. *Come una terra vile.* حقير الشمايل *hækyrüş-şemāil*. Vilium qualitatum. *Di qualità basse. Ik.* حقير المقدار *hækirül-myktār*. Exigui pretii, *aut* æstimationis. *Sæ. Di poco valore, ò stima. Br.*

حقير داشتن *hækyr dāsten*. p. *V. compos.* Spernere. *Sprezzare. Cast.*

حقيرجت *hukærijet*. a. n. f. Vilipensio, contemtus. *Gol.*

حقيق *hækyk*. a. *part. pl.* احقاء *æhykkā*. Dignus, aptus. *Degno, abile. Wan.* ¶ رعايه وحقيق لايق *ry-ājete lāiku hækyk*. Honore, & observantia dignus. *Degno di onore, e rispetto. Ik.*

حقيقت *hækykæt*. a. n. f. *pl.* حقايق *hækāik*. 1) Veritas, rectitudo. *Verità, realtà.* 2))(مجاز *meğiāz*. Ut se res revera, ac proprie habet natura. 3) Quod quis tueri debet. 4) *pec.* Vexillum. *Wan.* ¶ حقيقت عرفيه *hækykæti ürf-je*. Res notoria. *Cosa notoria. An.* حقيقت حال *hækykæti hāl*, & حقيقة الحال *hækykætül-hāl*. 1) Rei veritas. 2) *adverbialiter.* Revera. *La verità, & realmente.* حقيقت حال بودركه *hækykæti hāl bü dür ki*. Rei veritas est, quod.. *La verità è, che...* حقيقت حال اوزره *hækykæti hāl üzre*. Juxta rei veritatem. *Conforme alla verità della cosa.* حقيقت اوزره *hækykæt üzre*, & حقيقت ايله *hækykæt ile*. Sincere, realiter. *Con realtà, sinceramente.* حقيقت اوزره گيتمك *hækykæt üzre gecinmek*. Recte, sincere procedere. *Pro-*

Procedere realmente, ſinceramente. حقيقتده سردار *hækȳkætte ſerdār.* Verus generalis. *Il vero generale.* حقيقت دشمن كلدي قياس ايدوب *hækȳkæt düśmen ġeldī kyjās idüp.* Revera hoſtem adveniſſe arbitratus. *Penſando, che da vero foſſe venuto il nemico.* حقيقت حالي هرنه ايسه اعلام اتدي *hækȳkætī hālī her ne iſe ȳ*lām ittī.* Verum rerum, prout ſunt, ſtatum ſignificavit. *Gli fece ſaper il tutto, come era accaduto.* حقيقت حال نه منوال اوزره ايدوكين في الحال بلوب *hækȳkætī hāl ne minwāl üzre idüġin fil hāl bilüp.* Status rei, in quo verſaretur, ſtatim conſcii facti. *Avendo ſubito avuto notizia dello ſtato della coſa.* مرد حقيقت بين *merdī hækȳkæt bīn.* Vir gratus, & rectus. *Sæ. Uomo grato, e conoſcente della verità. Br.*

حقيقت *hækykæt.* p. *n. ſ.* 1) Veritas, rectitudo. 2) Ut ſe res revera, ac proprie habet natura. *Ferh.*

حقيقة *hækȳkæten.* a. *partic.* Revera, profecto, ſane. *Da vero, in fatti, realmente.*

حقيقتلو *hækȳkætlü.* t. *adj.* Rectus, fidus. *Sincero, vero, affezionato.*

حقيقي *hækȳkȳ.* a. p. *part.* Verus, realis, proprie dictus. *Vero, reale, proprio. Caſt.*

حقيل *hækȳl.* a. *n. prop.* Nom. loci. *Wan.*

حقيلة *hækȳlet.* a. *n. ſ. pl.* حقايل *hækāil.* Aqueus humor in inteſtinis. *Gol.*

حقين *hækȳn.* a. 1) *part.* Affuſum oxygalæ lac, *utpote utri inditum. Wan.* 2) *n. ſ. ipſa* Oxygala. *Gol.*

حک

حک *hæk.* p. *n. ſ.* Manubrium. *Caſt.*

حكّ *hækk.* a. *V. act.* [F. 1.] 1) *i. q.* قازمق *kāzimæk.* Excavare, perforare. 2) Palpitare cor. 3) Non afficere, *aut* commovere *animum ullo gaudio. Wan.* 4) Scabere, fricare, radere. 5) Non venire in mentem *de aliquo quidpiam. Gol.* 6) Eradere, delere. *Scavare, fregare, e radere, ſcancellare.* ¶ صحيفهٔ قلبندن خطّ شكّي حكّ ايدوب *ſæhȳfeī kælbinden chættȳ śekkī hækk idüp.* Deleto ex pagina cordis ſui dubitationis charactere. *Scancellando dalla facciata del ſuo cuore li caratteri del dubio. Eb.*

حكا *hækā.* a. *V. act.* Adſtringere, firmareque *nodum. Gol.*

حكا *hykā.* a. *V.* [3. *ab* حكي] 1) Narrare, aliunde referre *ſermonem.* 2) Imitari, & ſimilem eſſe. *Gol.*

حكاد *hykād.* a. *V.* [3. *ab* حكد] 1) Suffulciri *re aliqua, eique* inniti. 2) Sequi habenæ ductum. 3) Baptiſari. *Gol.*

حكّاك *hækkāk.* a. *part.* 1) Politor, & ſculptor gemmarum. *Gol.* 2) Perforator margaritarum. *Gioielliere. Ik.*

حكاك *hykāk.* a. *V.* [3. *ab* حكّ] Obſiſtere, repugnare. *Gol.*

حكاكة *hukāket.* a. *n. ſ.* Quod radendo, ſcabendove decidit. *Wan.*

حكام *hykām.* a. *V.* [3. *ab* حكم] Ad judicem *ſeu* prætorem vocare. *Gol.*

حكّام *hukkām.* a. *n. ſ. pl. ab* حاكم *hākim,* & حكم *hækem.* Præfecti, gubernatores, judices, magiſtratus. *Governatori, Giudici. Gol.* ¶ حكّام ذوي الاحترام *hukkāmī zewil-yhtyrām.* Illuſtriſſimi gubernatores. *Li ſignori governatori.* طرفينك حكّامي روا كورميوب *tæræfejnün-hukkāmī rewā ġörmejüp.* Utriuſque partis miniſtris id minime probantibus. *Non approvandoſi ciò dalli miniſtri d'ambe le parti. Ll.*

حكاية *hykājet.* a. *V. act.* [F. 2.] 1) Narrare, aliunde referre *ſermonem.* 2) Imitari, & *opere* ſimilem eſſe *alteri. Wan.*

حكايت *hykājet.* a. *n. ſ. pl.* حكايات *hykājāt.* 1) Narratio, relatio. 2) Hiſtotia, *plerumque* fabuloſa. *Narrazione, ſtoria, favola.* ¶ حكايت حال ماضي *hykājetī hālī māzȳ.* 1) Narratio rei præteritæ. 2) *apud grammaticos* Tempus imperfectum. *Racconto di coſa paſſata, & Tempo imperfetto.* حكايت كتابي *hykājet kitābī.* Liber hiſtoriarum. *Libro d'iſtoria.* ا حكايت *hykājet* e. Narrare, referre. *Raccontare, riferire.* اول قصّهٔ حكايت ايلدي *ol kyſſæi hykājet ejledī.* Narravit ipſi illam hiſtoriam. *Gli raccontò quell' iſtoria.* طليعهٔ بامدن نزديك شامهدك حكايت رمح و حسام درميان ايدي و غرّهٔ صباحدن طرّهٔ رواح ظهورينه دك حديث اسنّه و رماح دوران ايدي *tælȳ-æī bāmden nezdīkī śāmedek hykājetī rumhu husām dermijān idī, we ghurreī ſæbāhten turræī rewāh zuhūrīnedek hædīsī eſinne wü rimāh dewrān idy.* Ab ortu diluculi uſque ad veſperum revolvebatur hiſtoria haſtæ, & gladii, & ab ineunte mane uſque ad comparitionem antiarum veſperæ recitabatur hiſtoria telorum, & lancearum, *i. e.* toto die pugnatum eſt. *Sæ. Durò la battaglia dalla mattina fin' alla ſera. Br.*

حكايت *hykājet.* p. *n. ſ.* Hiſtoria. ¶ حكايت كردن *hykājet kerden.* Narrare. *Caſt.*

حكّة *hykket.* a. *n. ſ. i. q.* اويوز *üjüz.* t. Scabies. *Wan.* ¶ رافع حكّه و جرب *rāfȳ hykke wü ġereb.* Scabiem tollentes, *aut* virtute ſanandi ſcabiem pollentes. *Sæ. Anno virtu, è proprietà di ſanar la lepra. Br.*

حكد *hæked.* a. *V. act.* [F. 2.] Redire *ad originem. Gol.*

حكر *hüker.* a. *n. ſ. pl. ab* حكرة *hükret.* Res, in anguſtias temporis aſſervatæ. *Gol.*

حكرة *hækret.* a. 1) *V. act.* Frumentum, commeatumve colligere, & recondere in anguſtioris annonæ tempus, *ut pretium ejusdem augeatur. Wan.* 2) *n. ſ. pl.* حكر *huker.* Res ita aſſervata. *Gol.*

حكش *hækś.* a. *n. ſ.* 1) Congregatio. 2) Compreſſio. *Gol.*

حكش *hækiś.* a. *part. in compoſ. c.* عكش *ākiś.* حكش عكش *hækiś ækiś.* Qui intorquet ſe, callideque agit, *ut adverſario ſuperior fiat. Gol.*

حكك *hækek.* a. *n. ſ.* Albus, & mollis lapis. *Wan.*

حكل *hukl.* a. *n. ſ.* Muta, nec ſonum edens res *formicæ inſtar. Wan.*

حكلة *huklet.* a. *V. act.* 1) Obſcurum, & dubium eſſe *ſermonem. Wan.* 2) Mutum, & impedita lingua eſſe. *Gol.*

حكم *hækm.* a. *V. act.* [F. 1.] 1) Frænare *equum,* annulo mentum ſuccingente, *aut* capiſtro. 2) Cohibere, reprimere *inſipientem. Wan.*

حكم *hækem.* a. 1) *n. propr.* Nom. caſtelli in maritimis oris Jemanæ. *Geogr. Nub.* 2) Nom. principis tribus cujuſdam in *Jemen.* 3) *part. pl.* حكام *hukām.* Judex. 4) Prætor, præfectus. *Wan.* ¶ حكم دكمك *hækem dikmek.* Conſtituere principem, *vel* præfectum. *Coſtituir Signore, ò Giudice. Tef.*

حكم *hykem.* a. *n. ſ. pl. ab* حكمة *hykmet.* Scientiæ. Prophetiæ. *Scienze, miſteri. Wan.* ¶ كلام پر حكم *kelāmī pür hykem.* Verba, ſapientia & myſteriis plena. *Diſcorſo pieno di miſteri, e di dottrina. Ik.*

حكم *hükm.* a. *V.* [F. 1.] 1) Judicare, dijudicare judicem, *ſive abſolvat, ſive condemnet. Wan.* 2) Poteſtatem, & imperium exercere *in alios. Gol.*

حكم *hükm.* a. *n. ſ. pl.* أحكام *æhkām.* 1) Scientia, ſapientia. *Wan.* 2) Judicium. 3) Arbitrium. 4) Imperium. *Gol.* 5) Dominatus, dominium. 6) Mandatum. 7) Sententia judicis. *Giudizio, ſcienza, ſentenza.* ¶ حكم شرع *hukmī śer*,* & حكم شرعي *hukmī śer-ȳ.* Juridica ſententia, adjudicatum ex juſtitia, & per legem. *Sentenza legale.* حكم حكومت *hükmī hükūmet, ſeu* حكم و حكومت *hükmü hükūmet.* Abſoluta jurisdictio, abſolutum dominium. *Sourana giuriſdizione, autorità ſuprema.* حكومتكز آلتنده اولانلره حكمكز جاريدر *hukūmetün-üz āltinde olānlere hukmün-üz ġiārī dür.* In veſtro imperio ſubjectos libere imperium exercetis. *Commandate liberamente alli voſtri dipendenti.* حكمي آلتنده دكلز *hukmī āltinde degülyz.* Non ſumus ſub jurisdictione illius. *Non ſiamo ſotto la di lui giurisdizione.* حكمنده در *hukminde dür.* Eſt ſub poteſtate ejus. *Egli è ſotto'l ſuo commando.* تركيبلر كلمهٔ واحده حكمنده در *terkībler kelimeī wāhyde hukmindedür.* Compoſita inſtar unius vocis efferenda. سنّك حكمي ويرلمك كركدر *ſennün-hükmī wīrilmek ġerektür.* Quod ætas requirit, concedendum eſt. *Biſogna laſciar il ſuo corſo all' età.* آللهك حكميله *āllāhün-hukmī ile.* Sic volente, ac permittente Deo. *Per decreto di Dio.* حكمنجه ... *hükminge.* Secundum, prout requirit. *Secondo, in conformità di...* بحكم *bi,* & *be hükmī... Ll.* Idem. لحكم *lihükmi.* Propterea quod... *Gol.* ا حكم *hükm* e. 1) Judicare, ferre ſententiam. 2) Præcipere, dominari. *Giudicare, ſentenziare, e dominare.* قاضي بر اعلا حكم ايدوب *kāzȳ bir æ*lā hukm idüp.* Judex tulit præclariſſimam ſententiam. *Diede il Giudice una belliſſima ſentenza.* بر ولايته ا حكم *bir wilājete kükm* e. Provinciam regere. *Governar una provincia.* حكمي آلتنه مطيع و تابع ا *hükmī āltine muty* we tāby** e. Vincere, ſubjugare. *Soggiogare, ſottomettere.* حكم بردار *hükm berdār, compoſ.* Mandato parens, obediens. *Ubbidiente* بونلرك جادو اولمسنه حكم ويردي *būnlerün-ġiādu olmaſine hükm wīrdi.* Decrevit, eos eſſe maleficos. *Decretò, che loro erano negromanti.* حكم ويرلمك *hükm wīrilmek.* c c. *dat.* Adjudicari. الحكم للّه *el hükmü lillāhī.* Dei eſt decernere, *aut* imperare. *Tocca à Dio il giudicare, ò il commandare. Eb.*

حكم *hükm.* p. *n. ſ.* 1) Præceptum, mandatum. 2) Imperium. 3) Judicium. 4) Jus, fas. 5) Caſus. ¶ حكم كردن *hükm kerden.* Judicium exercere. *Caſt.*

حكما *hukemā.* a. *part. pl. ab* حكيم *hækīm.* Docti, ſapientes. Philoſophi. Medici. *Dotti, filoſofi, Medici. Gol.* ¶ حكماي آفاق *hükemāī āfāk.* Doctores, *aut* medici illius ſeculi. *Sæ. Li Medici del ſecolo, li Dotori. Br.*

حكم انداز *hükm endāz.* p. *adj. compoſ.* Qui ſcopum jaculando attingit. *Ferh.*

حكمة *hækemet.* a. *n. ſ. pl.* حكمات *hækemāt.* 1) Annulus ferreus, *qui ori equino injectus mentum ſuccingit.* 2) Mentum ovis. *Wan.* 3) Capiſtrum. *Gol.*

حكمة *hykmet.* a. *V. act.* [F. 1.] 1) Noſſe, ſcire. 2) Sapientem, doctum, *pec.* philoſophum, *aut* medicum eſſe. *Gol.*

حكمة & حكمت hykmet. a. n. ſ. pl. حكم hykem. 1) Sapientia, ſcientia. 2) Prophetia. *Gol.* 3) Myſterium, ſacramentum. 4) Miraculum. 5) Cauſſa. 6) Dictum verum. *Cauſſa, ſcienza, profezia, miracolo. Acht.* ¶ علم حكمت *ylmī hykmet.* Philoſophia, phyſica, *aut* medica *Philoſofia, fiſica, & medicina.* حكمت آلهي *hykmetĭ ilāhī,* & حكمت ربّاني *hykmetĭ rebbānī,* حكمت خدا *hykmetĭ chudā,* & حكمت آللّه *hykmetüllāh.* 1) Arcanum divinum. 2) Dei judicio, *aut* permiſſu. *Arcano divino, & con permiſſione di Dio.* حكمت ربّاني و قوت معرفت يزداني ايلة *hykmetĭ rebbānī we kuwwetĭ mæ'rifetĭ iezdānī ile.* Sapientia Dei arcana, & vi præſcientiæ ejus divinæ. *In virtù della preſcienza, e ſapienza eterna.* حقّك بونده بر حكمتي واردر انجق *hækkün-bunda bir hykmetī wārdür ānğiæk.* In hoc non niſi arcanum Dei myſterium eſſe poteſt. *Vi è infallibilmente in queſto un arcano di Dio.* نه حكمت *ne-hykmet.* Quid *in hoc* myſterii, quid ſibi vult? *Che miſterio, che ſtranezza, ò che vuol dire?* بونده بر حكمت واردر *būnda bir hykmet wārdür.* Ineſt huic rei myſterium. *Vi è qualche miſtero. Eb.* حكمت بونده دركه *hykmet būnda dürkĭ.* Mirabilitas rei in hoc conſiſtit, quod... *La maraviglia è che..* اني اتمكده حكمت نه ايدي *ānī itmekte hykmet ne īdī.* Quid myſterii erat id facere? *Che miſtero vi era nel far ciò?*

حكمت تر *hykmet ter.* p. *adj. compoſ.* Prudentior. *Caſt.*

حكم قدم *hükm kydem.* p. *n. ſ. compoſ.* Arcanum judicium, decretum divinum. *Ferh.*

حكم كش *hükm keś.* p. *adj. compoſ.* Obediens, mandato parens. *Ubbidiente. Ferh.*

حكوب *hukūb.* a. *n. ſ.* Mnium; *planta Arabiæ felicis. Forsk. deſcr. Pl.*

حكوف *hukūf.* a. *n. ſ.* Languor in opere. *Gol.*

حكوك *hükūk.* a. *n. ſ. pl. ab* حكّ *hækk.* Eraſiones, *aut* caſſationes, *pec.* ſcriptorum, ac inſtrumentorum antiquorum poſt venditionem. *Caſſazioni d'inſtromenti vecchi doppo la vendita.* ¶ اجرت حكوك اخذي *ügretĭ hukūk æchzī.* Acceptio mercedis pro caſſatione ſcripturarum antiquarum. *Sæ. Il prender mercede per le caſſationi delle ſcritture vecchie. Br.*

حكومت *hükūmet.* a. *n. ſ.* 1) Dominium, imperium. 2) Juriſdictio. 3) *ipſum* Regiminis abſoluti, *aut* imperii exercitium. *Dominio, giuriſdizione, governo aſſoluto.* ¶ حكومت روم مغله انتقال اتدي *hükūmetĭ rūm moghola intikāl ittī.* Imperium græcum tranſivit in poteſtatem Mogoli. *Sæ. Il regno di Romania pervenne in potere del Mogol. Br.* بر ولايته حكومت ا *bir wilājete hükūmet e.* Regere provinciam. *Governar una provinzia.* حكم و حكومت ا و سورمك *hukmü hukūmet e. vel sürmek.* Abſolute dominari. *Regnar aſſolutamente.* حكومت عامّه و يا خود عامّيّه قادر ايز *hükūmetĭ ā-mme, vel ā-mmīje kādir iz.* Univerſis imperare abſolute poſſumus. *Potiamo commandare generalmente a tutti. Ll.* حكومتكز آلتنده *hukūmetün-üz āltinde, aut* تحت حكومتكزده اولانلر *tæhtĭ hukūmetün-üzde olānlar...* Qui veſtræ ſubſunt juriſdictioni, *aut* imperio. *Quei, che ſono ſotto'l voſtro commando, ò giurisdizione.* حكومت ران *hukūmet rān. compoſ.* Dominans, imperans. *Regnante, che commanda. Ik.*

حكومتگاه *hükūmetgāh.* p. *n. ſ. compoſ.* 1) Principatus, gubernium. 2) Reſidentia, metropolis. *Governo, principato, Reſidenza del Prencipe.* ¶ حكومتگاه سابقي *hükūmetgāhĭ sābykȳ.* Antiquum ejus gubernium. *Il ſuo antico Governo Sæ.*

حكيص *hækȳs.* a. *n. ſ.* Quod temere projicitur. *Gol.*

حكيك *hækīk.* a. 1) *part.* Lævigata *aſtragulus.* 2) Præfecta *ungula. Wan.* 3) *n. ſ. Turcis uſit.* Gemma, *Carniola* dicta. *Acht.* 4) Talus politus, & ad ludendum melius aptatus in ludo talorum. *Hyd. de lud. or.*

حكيم *hækīm.* a. *part.* 1) Doctus, ſapiens; *inter attributa Dei, quæ a Mohammedanis in corona precaria,* تسبيح *tesbȳh dicta, recitari ſolent, ordine nonum. Hot. H. O.* 2) Qui res ſolide, & cum judicio agit. *Wan.* 3) *pec.* Philoſophus. 4) Medicus. *Dotto, giudizioſo, Filoſofo, Medico. Gol.* ¶ حكيم مطلق *hækīmĭ mutlæk.* Omniſcius; *Deus. Teſ.* بر عليم افلاطون غلام و بر حكيم لقمان ارتسام *bir ælīmĭ eflātūn ghulām we bir hækīmĭ lokmān irtisām.* Philoſophus, Platoni proximus, & doctor, Locmano ſimillimus. بر عليم ارسطو نهاد و بر حكيم افلاطون نژاده مالك اولدم *bir ælīmĭ āriſto nihād we bir hækīmĭ eflātūn nijāde mālik oldüm.* Penes me habeo philoſophum, Ariſtoteli parem, doctoremque, Platoni æqualem. اي حكيم خرده شناس و اي عليم حكمت اساس *ej hækīmĭ churde śinās we ej ælīmĭ hykmet esās.* O ſapiens ſubtilitatum penetrator, & o doctor, in philoſophia bene fundate! بر صلابت صاحبي عليم ذو فنون و بر حكيم رهنمون *bir ſælābet ſāhybī ælīmĭ zü fünūn, we bir hækīmĭ rehnümūn.* Venerabilis doctor, ſcientiarum poſſeſſor, & ſapiens, viæ rectæ commonſtrator. حكيم خرده دان نكته كويان *hækȳmĭ chorde dān, nükte gūjān.* Philoſophus, ſubtiliſſima quæque noſcens, & acuminoſe loquens. *Eb.*

حكيم *hækīm.* p. *adj.* 1) Qui res ſolide, ac cum judicio agit, *aut* ſapiens. 2) Doctus. 3) Philoſophus, *aut* medicus. 4) Omniſcius, *unum ex attributis Dei. Ferh.*

حل *hæl* a. Vox increpantis camelitem. *Gol.*

حلّ *hæll.* a. 1) *V. act.* [F. 1.] Solvere *nodum.* 2) Deſcendere, *pec.* ex itinere diverſari, *aut* ſubſiſtere *in loco. Wan.* 3) Incumbere *iram.* 4) [F. 2.] Neceſſariam, & debitam eſſe *pœnam.* 5) Deponere naziræatum *eum, qui voverat,* & luctum ob mariti mortem *fœminam. Gol.* 6) Diluere. 7) Conterere. *Riſolvere, dileguare, ſchiacciare, & divertere. Acht.* 8) *n. ſ.* Oleum ſeſaminum. *Gol.* 9) Solutio. *Ll.* 10) Indigofera ſpinoſa; *planta Arabiæ felicis. Forsk. drſcr. Pl.* ¶ گاه حلّ گاه شدّ ا *gāh hæll gāh śedd e.* Modo ſolvere, modo ligare, *aut* ſtringere. *Mò legare, mò ſlegare.* اول مشكلاتي حلّ ايدن *ol müśkülātī hæll iden.* Qui illos difficultatum nodos ſolvit, *aut* ſolvere poteſt. حلّ عقده *hællĭ ükte.* Solutio nodi. حلّ و ربط *hællü ræbt.* Solvere, ac ſtringere. *Sæ.* +

حلء *hæl'.* a. 1) *V. act.* [F. 3.] Terere collyrium, & oculis illinire. 2) Excoriare, *ſeu* detrahere *pellem* a parte carnea *coriarium.* 3) Humi ſternere. 4) Uxorem ducere, *aut* ſubigere *eam.* 5) Percutere *gladio, ſcutica.* 6) Donare. *Gol.* 7) *n. ſ.* Raſura, *ſeu* retrimenta pellis concinnatæ. *Acht.*

حلّ *hyll.* a. 1) *V. act.* [F. 2.] Deponere naziræatum. *Wan.* 2) Licere, fas eſſe. 3) *n. ſ.* Res licita. *Gol.* ¶ حلّ بلّ *hyll byll.* 1) Facultates, juſto modo acquiſitæ. *Wan.* 2) Liber ab opere. 3) Qui deſcendit, *aut* quieſcit. 4) Quod extra naziræatum eſt. 5) *adverb.* Excipe, excipiendo. *Gol.*

حلّ *hyll.* a. *n. propr.* Nom. loci extra cœmeterium templi Meccani, *ubi Meccanam peregrinationem peragentibus, poſtquam Meccæ jam jam propius ſe ſtiterunt, induere licet operimentum, ex lana ad modum lintei ſeu induſii paratum, &* إحرام *ihrām dictum, quo tempore & reſectio unguium, & abſciſſio crinium, ſimulque lotio corporis præſcripta eſt. Bobov.*

حلا *hælā.* a. *n. ſ.* Locus extra territorium Meccenſe. *Wan.*

حلأ *hælā.* a. *V. act.* 1) Percutere *ſcutica, aut re alia.* 2) Donare. 3) [F. 2.] Corrumpi cultro *pellem* in excoriando. 4) Puſtulis corripi *labium, ut morbi reliquiis. Wan.*

حلّا *hylā.* a. *V.* [3. *ab* حلو] Dulcem ſe præbere *alteri. Gol.*

حلاءة *hælā-et.* a. *n. ſ.* Terra, arboribus abundans. *Gol.*

حلاءة *hulā-et.* a. 1) *V. act.* Excoriare, & detrahere *pellem* a parte carnea *coriarium. Gol.* 2) Terere binos lapides, &, pulvere inde producto, ſpeculum purgatum, nitidum reddere. 3) Terere collyrium, & oculis illinire. 4) *n. ſ.* Res ipſa ſubtiliter trita, *aut* excoriando detracta. *Wan.*

حلاب *hylāb.* a. *V.* [3. *ab* حلب] 1) Mulgere ſimul *cum alio.* 2) Juvare. *Gol.*

حلّاب *hyllāb.* a. *n. ſ.* Nom. equi. *Wan.*

حلابس *hulābes.* a. 1) *n. ſ.* Strenuus vir. 2) Dominus. 3) Leo. 4) *part.* Affixus, addictuſque *rei. Gol.*

حلابس *hulābis.* a. 1) *n. ſ.* Strenuus vir. 2) *part.* Affixus, addictuſque *rei. Wan.*

حلّاج *hællāğ.* a. *part.* Goſſipii purgator, *aut* carminator. *Scardaſſatore della bambagia. Wan.* ¶ حلّاج يايي *hællāğ jajī.* Arcus carminatoris.

حلاجة *hælāğet.* a. *n. ſ.* Ars carminatoria. *Arte di ſcardaſſar la lana. Gol.*

حلاحل *hulāhyl.* a. *n. ſ. pl.* حلاحل *hælāhyl.* Princeps populi, *aut* tribus. *Gol.*

حلاف *hylāf.* a. *V.* [3. *ab* حلف] Jurejurando ſancire, & inire fœdus *cum alio. Gol.*

حلاق *hælāk.* a. *n. ſ.* Dolor gutturis. *Gol.*

حلّاق *hællāk.* a. *part.* Qui comam abradit, tonſor. *Gol.*

حلاقي *hælākī.* a. *n. ſ.* Mors. *Wan.*

حلاق *hylāk.* a. *n. ſ.* Raſura. *Wan.*

حلاق *hulāk.* a. *n. ſ.* Dolor gutturis. *Wan.*

حلاقة *hulākæt.* a. *n. ſ.* Quod radendo decidit, *pec.* talis capræ lana. *Wan.*

حلاقيم *hælākȳm.* a. *n. ſ. pl. ab* حلقوم *hulkūm.* Guttura, fauces. *Gol.*

حلال *hælāl.* a. 1) *V. act.* [F. 2.] Licere, fas eſſe. 2) Deponere naziræatum *eum, qui voverat,* & luctum ob mariti mortem *fœminam, ſcil.* 110. diebus exactis, *quo tempore denuo nubere lex vetat. Wan.* 3) Solvi debitum. 4) Solvere mulctam. 5) *n. ſ. uſit.* (حرام) Licitum, res licita. *Gol.* 6) Scirpus lateralis; *planta Arabiæ felicis. Forsk. deſcr. Pl.* 7) *apud theologos mohammedanos* Res, quam ſive quis peragat, ſive negligat, non meretur pœnam. *Reland. de rel. Moh.* 8) *uſit.* Uxor, *vel* maritus legitimus. 9) *vart.* Licitus, legitimus. *Acht.* ¶ حلالم *hælālüm.* Mea legitima uxor, *aut* meus maritus. *Mia conſor-*

conſorte, mio marito. حلال مال *hælāl māl.* Facultates, legitime acquiſitæ. *Beni legitimamente acquiſtati.* حلال او *hælāl* ol. Licere, liberum eſſe. *Eſſer lecito, libero.* حلال ا *hælāl* e. 1) Legitimum reddere. 2) Ignoſcere, *aut* condonare. *Render, ò accordare.* بالحلال *bil hælāl.* Legitime. *Legitimamente.* حلال زاده *hælāl zāde.* Filius legitimus. *Figlio legitimo.*

حلال *hælāl.* p. *n. ſ.* Licitum. ¶ بحلالي دادن *behælālī dāden.* Nuptum dare *alicui. Caſt.*

حلّال *hællāl.* a. *part. i. q.* Solutor, reſolutor. *Scioglitore.* ¶ كشّاف مشكلات و حلّال معضلات *heśśāfi müśkülāt we hællālī muʿzylāt.* Dubiorum, ac difficultatum reſolutor. *Che ſcioglie i dubii, e riſolve le difficoltà. Eb.*

حلال *hylāl.* a. *V.* [3. *ab* حلّ] Deſcendere in locum *cum alio*, & una divertere. *Gol.*

حلال *hylāl.* a. 1) *part.* Qui alicubi deſcendunt, quieſcuntque. 2) *n. ſ.* Strata, aliaque, ſellæ camelinæ impoſita. *Wan.*

حلاللشمق *hælāllaśmak.* t. *V. coop.* 1) Valedicere ſibi invicem, *dum ad pugnam, aut ad mortem itur.* 2) Deprecari ſe invicem. 3) Condonare, *quod quis in quem peccaverit. Prender congedo l'un dall' altro, e chieder perdono dell' offeſe. Tef.*

حلالي *hælālī.* t. *n. ſ.* Panni levioris ſpecies. *Capicciuola. Ll.*

حلام *hulām.* p. *n. ſ.* Agnus, ex ventre matris exemtus. *Ferh.*

حلّام *hullām.* a. *n. ſ.* 1) Hœdus, ex ventre matris exemtus. *Wan.* 2) Pecudes *minoris formæ. Gol.*

حلّامة *hællāmet.* a. *n. ſ.* 1) Scalpa piſcis. 2) Ricinus; *inſectum. Gol.*

حلّان *hællān.* a. *part.* Solvens. *Gol.*

حلان *hulān.* p. *n. ſ.* Agnus, recens natus. *Ferh.*

حلّان *hullān.* a. *n. ſ.* 1) Hœdus, ex ventre matris exemtus. 2) Pecudes *minoris formæ.* 3) Animal, mactari in hoſtiam idoneum. 4) Lacerta lybica. 5) *paganiſmi Arabum tempore* Hœdus, qui ſectura auris, certiſque verbis conſecratus comedi poterat, quamvis moreretur. *Wan.*

حلاوا *hælāwā.* a. *n. ſ.* 1) Nom. herbæ ſpinoſæ. 2) Media pars *occipitis. Wan.*

حلاوة *hælāwet.* a. 1) *V. act.* [F. 1. & 4.] Dulcem, & ſuavem eſſe *rem.* 2) Placere *oculis, animo.* 3) [F. 4.] Dulcedinem, & ſuavitatem præ ſe ferre *fœminam. Wan.*

حلاوة *hælāwet.* a. *n. ſ.* 1) Antirrhinum; *plantæ ſpecies in kahirinis deſertis. Forsk. deſcr. Pl.* 2) Dulcedo, ſuavitas. *Dolcezza, ſoavità. Ik.* ¶ حلاوت ويرمك *hælāwet wīrmek.* Dulcificare. *Addolcire.* حلاوتن بولمق *hælāwetin būlmak.* Dulcedinem, guſtumque *rei* percipere. *Sentirne la dolcezza, ò'l guſto. Tef.* حلاوت رسان ذائقهء جان *hælāwet resānī zāykœī giān.* Quod palatum animæ ſuavitate implet. *Che dà guſto all' anima.* حلاوتبخش & حلاوت بخش *hælāwet bæchś.* Dulcificans. *Ch' addolciſe. Ik.*

حلاوة *hulāwet.* a. *n. ſ.* Media pars *occipitis. Wan.*

حلاوتلو *hælawetlū.* t. *adj.* Dulcis, ſuavis. *Dolce, ſoave.* ¶ سوزي حلاوتلو ايدي *sözi hælāwetlū idy.* Verba ejus erant ſuavia, ſpecioſa. *Il ſuo parlare era dolce, ed attrativo. Tef.*

حلاوى *hulāwā.* a. *n. ſ.* 1) Nom. herbæ ſpinoſæ. 2) Media pars *occipitis. Wan.*

حلائب *hælāīb.* a. *n. ſ.* 1) *pl. ab* حلوب *hælūb.* Animalia, quæ mulgentur. 2) *pl. ab* حلبة *hælbet.* Equi, ex diverſis ſtabulis congregati *ad certamen curſus. Gol.*

حلائل *hælāīl.* a. *n. ſ. pl. ab* حليلة *hælīlet.* Uxores. *Gol.*

حلب *hælb.* a. *V. act.* [F. 1. & 2.] 1) Inſidere genubus. 2) Confluere *populum. Gol.*

حلب *hæleb.* a. 1) *V. act.* [F. 1.] Mulgere *lac.* 2) Confluere *populum.* 3) *n. ſ.* Lac recens. *Wan.* 4) Mulſio. *Gol.*

حلب *hæleb.* a. *n. propr.* Nom. urbis celebris in Syria, *alio etiam vocabulo* حلب الشهبا *hælebūś-śehbā, i. e.* Halebum fuſcum *dictæ propterea, quod tali colore urbis muri eſſe videantur. Gol. in not. ad Alfr.*

حلب *hyleb.* a. *n. ſ.* 1) Mulctio. 2) Mulctra; *vas. Gol.*

حلب *hulb.* a. *V.* [F. 1. & 2.] 1) Inſidere genubus. 2) Confluere *populum. Gol.*

حلّب *hulleb.* a. *n. ſ.* Herba lactaria, criſpa, cineritia, *quam dorcades amant. Wan.*

حلب *hulūb.* a. *n. ſ. pl. ab* حلوب *hælūb.* Animalia, quæ mulgentur. *Gol.*

حلبابة *hælbābet, hælebābet,* & حلباة *hælebāt.* a. *n. ſ.* Lacte prædita, quæ mulgetur camelitis. *Gol.*

حلبانة *hælebānet.* a. *n. ſ. i. q. præc. Wan.*

حلبة *hælbet.* a. *n. ſ. pl.* حلائب *hælāīb.* 1) Equi, ex diverſis ſtabulis congregati *ad certamen curſus, aut* homines, ex diverſis

diverſis locis congregati. *Wan.* 2) Series equorum, una currentium. 3) Hippodromus. *Gol.* 4) Trigonella; *planta kahirina hortenſis. Forsk. deſcr. Pl.*

حلبة *hælebet.* a. *part. pl. ab* حالب *hālib.* Mulctores. *Wan.*

حلّبة *hællebet.* a. *n. ſ.* Nom. herbæ lactariæ, criſpæ, cineritiæ, *quam dorcades amant. Gol.*

حلبة *hulbet.* a. *n. ſ.* 1) Fœnugræcum. *Wan.* 2) Nigredo mera. *Gol.*

حلبة *hulūbet.* a. *n. ſ.* Edulium ex dactylis, & fœnugræco, *quod puerperis datur. Gol.*

حلبد *hylbid.* a. *n. ſ.* Camelus pumilus. *Gol.*

حلبدة *hulebidet.* a. *n. ſ.* Magna ovis. *Gol.*

حلبس *hælbes.* a. 1) *part.* Affixus, addictuſque *rei.* 2) *n. ſ.* Strenuus vir. *Wan.* 3) Dominus. 4) Leo. *Gol.*

حلبسة *hælbeſet.* a. *V. quadril.* Abire. *Gol.*

حلبطة *hulebytæt.* a. *n. collect.* Centum, & plures cameli, *aut* centum, *vel* ducentæ oves. *Gol.*

حلبلاب *hyliblāb.* a. *n. ſ.* Nom. herbæ criſpæ, *quam dorcades amant. Wan.*

حلبوب *hælebūb.* a. *n. ſ.* Lacte prædita, quæ mulgetur, camelitis. *Gol.*

حلبوب *hulbūb.* a. *part.* Valde nigra *res. Wan.*

حلبوتا *hælebūtā.* a. *n. ſ.* Lacte prædita, quæ mulgetur, camelitis. *Gol.*

حلبى *hælbā.* a. *n. ſ. i. q. præc. Gol.*

حلّبى *hullebā.* a. *n. ſ.* Moſchus, herba, حلّبة *hællebet* dicta, ſubactus & paratus. *Wan.*

حلت *hælet.* a. *V. act.* 1) Radere *caput.* 2) Carpere *lanam.* 3) Solvere *debitum.* 4) Donare, dare. 5) Flagellare. *Gol.*

حلة *hylet,* & *c. art.* الحلة *elhylet.* a. *n. propr.* Nom. urbis in Yraka arabica. *Schult.*

حلّة *hyllet.* a. 1) *V. act.* [F. 2.] Pervenire ad locum mactationis *hoſtiam.* 2) *n. ſ.* Succinctorium. 3) Veſtis externa *pallii inſtar.* 4) Stola, chlamys. *Gol.*

حلّة *hullet.* a. *n. ſ.* 1) Stola, chlamys, *nec dicitur niſi ſint veſtes duæ. Wan.* 2) *pro* خلّة *chullet.* Amicitia. *Acht.*

حلتا *halta.* t. *n. ſ. vulg.* Millum. *Collaro de' cani. Bob.*

حلتيت *hyltīt.* a. *n. ſ.* Laſer, ſuccus ſilphii, *vulgo* aſſa. *Gol.*

حلج *hælg.* a. *V. act.* [F. 1. & 2.] 1) Semini tenacius adhærentia grana eximere, *aut* mundare *goſſipium.* 2) Noctu iter facere. *Scardaſſare la lana, e caminar di notte. Wan.*

3) Procedere punctatim. 4) Extenſis alis accurrere ad gallinam ſubigendam *gallum. Gol.*

حلجة *hælget.* a. *n. ſ.* Intervallum viæ. *Wan.*

حلجز *hælgez.* a. *part.* Avarus. *Gol.*

حلجمة *hælgemet.* a. *V. quadril. pro* جلحمة *gelhemet.* Torquere. *Gol.*

حلحلة *hælhælet.* a. *V. quadril.* 1) Emovere loco *homines.* 2) Solvere. *Gol.*

حلز *hælz.* a. *V. act.* Nudare pilis *pellem,* cortice *lignum. Gol.*

حلّز *hylliz.* a. *part.* Brevis, & avarus. *Gol.*

حلّزة *hyllizet.* a. *part. fœm. præc. Wan.*

حلزون *hælezūn.* a. *n. ſ.* 1) Limax, qui in pratis reperitur, *cujuſve caro, vulneri ex morſu canis rabidi adhibita, medellam affert. Wan.* 2) Cornutus ſcarabæus. *Acht.*

حالس *hælis.* a. *part.* 1) Strenuus, fortiſque *vir.* 2) Avarus. *Wan.*

حلس *hæles.* a. *n. ſ.* 1) Stratum, *ſeu* pulvillus, lana fartus, *clitellis cameli ſupponi ſolitus.* 2) Nomen quartæ ſagittæ *in ſortilegio, Arabibus priſcis uſitato. Wan.*

حلس *hyls.* a. 1) *V. act.* [F 2.] Tegere dorſuali camelum, *ſeu* molliori ſtrato *ſub clitellis.* 2) *intranſ.* Continua, tenuique pluvia pluere *cœlum. Gol.* 3) *n. ſ. pl.* أحلس *æhlus,* & أحلاس *æhlās.* Stratum, *ſeu* pulvillus, lana fartus, *clitellis cameli ſupponi ſolitus, ne lædatur dorſum.* ¶ امّ حلس *ümmī hyls.* Aſina. *Wan.* حلس بيته *hylsü bejtihī.* Qui non excedit ſuo loco, *ſeu* domicilio. *Gol.*

حلس *hyles.* a. *n. ſ.* Stratum, *ſeu* pulvillus, lana fartus, *clitellis cameli ſupponi ſolitus, ne lædatur dorſum. Gol.*

حلسة *hylſet.* a. *n. ſ. pl. ab* حلس *hyls,* & *hyles.* Strata, lana farta, *clitellis camelorum ſupponi* ſolita. *Gol.*

حلسم *hylſem.* a. *part.* Cupidus, avidusque *vir. Wan.*

حلط *hælt.* a. *V. act.* 1) Jurare. 2) Pervicacius contendere. 3) Iraſci. 4) Citum, & feſtinum eſſe *in re. Gol.*

حلف *hælf.* a. 1) *V. act.* Jurare. *Giurare. Wan.* 2) *n. ſ. ipſum* Juramentum. *Giuramento. Acht.* 3) Lepidium ſativum; *planta Arabiæ felicis. Forsk. deſcr. Pl.*

حلف *hælif.* a. *V. act.* Jurare. *Giurare. Wan.*

حلف *hylf.* a. *n. ſ. pl.* أحلاف *æhlāf.* 1) Fœdus, ſancitum pactum. 2) Fides *in ſervando pacto,* fiduſque ejus ſervator. *Gol.*

حلفا *hælfā.* a. *n. coll.* Nom. herbæ aquaticæ. *Wan.*

حلفا *hulefā.* a. *part. pl. ab.* حليف *hælīf.* Confœderati, ſocii. *Gol.*

حلفة *hælfet*, & *hælifet*. a. *n. unit. ab* حلفا *hælfā*. Una herba aquatica. *Gol.*

حلفس *hylefs*. a. *n. ſ.* Sexennis camelus carnoſus. *Gol.*

حلق *hælk*. a. 1) *V. act.* Radere *caput*. 2) Tondere *capram*. 3) In gutture lædere. 4) *n. ſ. pl.* حلوق *hulūk*. Guttur, fauces. *Canna, gargozzo. Gol.* ¶ حلق آلعانة *hælkul-āneti*. Raſura pubis. *Unus ex antiquiſſimis apud priſcos Arabes corpus mundandi ritus, quem Mohammedes, inducta nova lege, aſſeclis ſuis neceſſarium quoque obſervatu fecit, quive apud Moslemos inter quinque peregrinationis Meccanæ ritus numeratur. Pocock. ſp. H. A.* حلق آلواد *hælkūl-wād*. Nom. loci in Africa. *Herb.*

حلق *hælæk*. a. 1) *V. act.* [F. 4.] Excoriatione, & rubore veretri ex coitu affici *equum, vel aſinum Wan.* 2) Coire. 3) *n. ſ. pl. ab* حلقة *hælkæt*. Annuli *portarum, aut loricarum.* 4) Circuli *hominum. Gol.*

حلق *hælyk*. a. *n. ſ. pl. ab* حلقة *hælkæt*. Annuli *portarum*. Circuli *hominum. Gol.*

حلق *hylk*. a. *n. ſ.* 1) *i. q.* خاتم ملک *chatemĭ melik*. Annulus ſignatorius regis. 2) Opes, peculiumve multum. *Sigillo del rè, molti beni, ò ricchezze. Wan.*

حلق *hylæk*. a. *n. ſ. pl. ab* حلقة *hælkæt*. Annuli *portarum*. Circuli *hominum. Wan.*

حلق *hulæk*. a. *n. ſ. pl. ab* حالق *hālyk*. Ubera, lacte plena. *Gol.*

حلقات *hælækāt*. a. *n. ſ. pl. ab* حلقة *hælkæt*. Annuli *portarum, aut loricarum. Wan.*

حلقان *hulkān*. a. *n. coll.* Dactyli, *fere* ſemimaturi. *Wan.*

حلقانة *hulkānet*. a. *n. unit. præc.* Unus dactylus, *fere* ſemimaturus. *Wan.*

حلقة *hælkæt*. a. *n. ſ. uſit.* حلقه *hælkæ*. *pl.* حلقات *hælækāt*, & حلق *hælæk*. 1) Annulus *portæ*, hamus *loricæ, aut* circulus *ferreus, aureuſve. Anello, cerchio.* 2) Circulus, conventus hominum. *Circolo, radunanza. Wan.* 3) Armilla. *Ll.* 4) Sælanthus rotundifolius; *planta Arabiæ felicis, quæ &* حلص *hæles dicitur. Forsk. deſcr. Pl.* ¶ يوزک حلقه سنه صغجق مقداری *jūzūk hælkæſine ſyghağiak myktārÿ*. Quantum circulus annuli capere poteſt. *Quanto può entrar nel buco dell' anello. Teſ.* حلقه حلقه اولوب *hælkæ hælkæ olup*. In ſpiras convolutus. *Raggirato in cerchio.* قامت دلجوسنك سرو سهي شرمندهسي بلكه حلقه بكوش افكندهسيدر *kāmetĭ dilğiūſinūn-ſerwĭ ſehī ſ́ermendeſi belki hælkæ begūs efkendeſi dūr*. Cordi gratæ ſtaturæ cupreſſi inſtar altæ verecundus admirator, imo annulo deſignatum mancipium eſt. *Adoratore, anzi ſchiavo delle ſue bellezze. Eb.*

حلقة *hælækæt*. a. 1) *n. ſ.* Hamus, *ſeu* annulus *loricæ. Wan.* 2) *part. pl. ab* حالق *hālyk*. Raſores crinium. *Gol.*

حلقجي *hælkæğī*. p. t. *n. ſ.* Bellariorum dulcium, ex amylo, melle per annulos, invicem nexos confectorum, parator. *Ferh.*

حلقّد *hælækkæd*. a. 1) *part.* Tenax, avarus. 2) Imbecillis. 3) *n. ſ.* Crimen. 4) Odium, inimicitia. *Gol.*

حلقد *hylkyd*. a. *part.* Malus indole, difficilis. *Gol.*

حلقس *hulkus*. a. *n. ſ.* Sepes ex tignis, paliſve. *Gol.*

حلقمة *hælkæmet*. a. *V. quadril.* Præcidere guttur *alicui. Wan.*

حلقنة *hælkænet*. a. *V. quadril.* Semimaturos eſſe *dactylos. Wan.*

حلقوم *hulkūm*. a. *n. ſ. pl.* حلاقيم *hælakÿm*. Guttur, fauces. *Gola, fauci. Wan.*

حلقه *hælkæ*. p. *n. ſ.* 1) *in gen.* Conventus. 2) *in ſpec.* Circulus mercatorum, commercii ergo inſtitutus. 3) Annulus *portæ ex quacunque materia.* * *Expreſſ. fig.* حلقه بر در زد *hælkæ ber der zed*. Obſeravit portam, *h. e.* مضطرب اولدي *mūztærib oldī*. t. Commotus, concitatus fuit. *E ſtato commoſſo, riſentì.* حلقه بكوش *hælkæ begūś*. Annulo, ab aure pendente, præditus, *h. e.* بندهٔ مطيع *bendeĭ mutÿ*. Servus, mancipium. *Servo, ſchiavo.* حلقهٔ سودا *hælkæĭ ſewdā*, *h. e.* بازركانلرک بيع و شرا ايچون عقد ايلدکلری مجلس *bāzirgānlerūn-bej-ū ſirā ićiun ækd ejledūkleri meğlis*. t. Conſeſſus, *ſeu* conventus mercatorum, quem commercii ergo inſtituunt. *Ferh.*

حلقه چين *hælkæćīn*. p. *n. ſ. compoſ.* Bellaria dulcia, ex amylo, melle per annulos, invicem nexos, confecta. *Ferh.*

حلقي *hælkÿ*. a. 2. *perſ. imp. ab* حلق *hælækæ*. Incurras gutturis dolores. *Formula, ad exprimendam admirationem aut ſtuporem Arabibus uſitata. Wan.*

حلك *hælk*, *hælek*, & *hælik*. a. *n. ſ.* 1) Tenebræ, obſcuritas. *Wan.* 2) Nigredo. *Gol.*

حلكا *hælkā*. a. *n. ſ.* Species lacertæ. *Wan.* 2) Animal, lacertæ ſimile, *ſe immergens arenis. Gol.*

حلكة *huleket*. a. *n. ſ. i. q. præc. Wan.*

حلكم *hælkem*, & *hulkūm*. a. *part.* Niger. *Gol.*

حلكمة *hælkemet*. a. *n. ſ.* Nigror. *Gol.*

حلكوك *hælekūk*, & *hulkūk*. a. *part.* Valde nigra *res. Wan.*

حلل *hælel*. a. 1) *V. act.* [F. 2.] Debilitate ſuffraginis laborare *camelum. Wan.* 2) *n. ſ.* Infirmitas in ſuffragine *cameli. Gol.*

حلل *hulel*. a. *n. ſ. pl. ab* حلّة *hullet*. 1) Veſtes ſtriatæ, ex Arabia felice afferri ſolitæ. *Wan.* 2) Veſtes paradiſi. *Gol.*

حلم *hælem*. a. 1) *V. act.* In maceratione corrumpi, *ac* ſubnatis vermibus laborare *pellem concinnandam. Wan.* 2) *n. ſ.* Ricinus; *inſectum.* 3) *pl. ab* حلمة *hælemet*. Vermium genera alia, *quæ in ſuperiore & inferiore ovis cute naſcuntur.* 4) Papillæ, capitula uberis. *Wan.*

حلم *hylm*. a. 1) *V. act.* [F. 5.] Longanimem, ac mitem eſſe. 2) *n. ſ.* Manſuetudo. *Wan.* 3) Pubertas. 4) Intelligentia. *Gol.*

حلم *hylm*. p. *n. ſ.* Manſuetudo. ¶ بي حلمي *bī hylmi*. Severitas, immanſuetudo. *Caſt.*

حلم *hulm*. a. 1) *V. act.* [F. 1.] Somniare. *Wan.* 2) Pollui in ſomno. *Acht.* 3) *n. ſ. pl.* أحلام *æhlām*. Somnium. *Sogno.* 4) Pubertas. *Pubertà. Gol.* ¶ زمان بلوغ حلم يتشوب *zemānĭ bulūghÿ hulm jetiśūp*. Cum tempus maturitatis, pubertatis advenerit. *Come ſi viene alla pubertà. Ik.*

حلم *hulūm*. a. *V. act.* Somniare. *Gol.*

حلمة *hælemet*. a. *n. ſ.* 1) Ricini genus majus. 2) Aliud genus vermis, *qui in ſuperiore, & inferiore ovis cute naſcitur.* 3) Papilla, capitulum uberis. 4) *i. q.* ينمة *ienemet*. Herba, minor arnogloſſa, langiunoſa, & foliis albicans. *Wan.*

حلمتان *hælemetān*. a. *n. ſ. dual. ab* حلمة *hælemet*. Duæ papillæ uberum. *Wan.*

حلو *hælw*. a. *V. act.* 1) [F. 4.] Ornare ſuo mundo *mulierem.* 2) [F. 1.] Donare *quid* in penſationem citra mercedem. *Wan.* 3) Dulcem, & ſuavem eſſe. 4) Placere *oculis, animo. Gol.*

حلوء *hæl-ū*. a. 1) *V. act.* [F. 3.] Producto ex attritione duorum lapidum pulvere mundare *ſpeculum. Wan.* 2) Terere collyrium, & oculis illinire. 3) Detrahere *pellem* a parte carnea *coriarium. Gol.* 4) *n. ſ.* Particulæ carnis excoriatæ. *Wan.*

حلوّ *hælūww*. a. *n. ſ.* Lapis, ſuper quo collyria teruntur. *Gol.*

حلو *hūlw*. a. 1) *part.* Dulcis. 2) *n. ſ.* Lucrum. *Wan.*

حلوا *hælwā*. a. *V. act.* 1) Dulcem, & ſuavem eſſe *rem.* 2) Ornare monilibus, mundove ſuo *mulierem. Wan.*

حلوآ *hælwā*. a. *n. ſ.* Dulciarium, edulium, ex melle, *vel* ſaccharo confectum. *Paſta dolce di diverſe ſorti.* ¶ كتان حلوسي *ketān hælwasī*, *vulg. keten hælwasī*. Dulciarium ex melle, farina, & butyro, *ſic dictum, quod ob tenuitatem, & gracilitatem, qua paratur, formam linei pili referat.* قدرت حلواسي *kudret hælwāsī*. Manna. تهين حلواسي *tehīn hælwāsi*. Dulciarium, *ſpec.* ex melle, oleo ſeſami, & farina confectum. سوسام حلواسي *sūsīm hælwāsī*. Dulciarium ex ſeſamo, & melle. قوز حلواسي *koz hælwāsī*. Dulciarium ex nucibus, & melle. لبلبي حلواسي *leblebī hælwāsī*. Dulciarium, ex ciceribus aduſtis, & melle paratum. ساقز حلواسي *sākiz hælwāsī*. Dulciarium ex ſpuma mellis, nucibus, *aut* amygdalis, *quod intra duo cruſtula repoſitum venditur.* قاضيلر حلواسي *kāzÿler hælwāśī*. Dulciarium ex melle, farina, & butyro. قبق حلواسي *kæbæk hælwāsī*. Dulciarium ex cucurbita, melle, & amygdalis. حلوا بشورمك *hælwā piśūrmek*. Coquere, *aut* pinſere talem maſſam. حلوا تنجيرهسي اومزندهدر *hælwā tenğīresī omuzinde dūr*. Dulciariam ſuam ollam humeris geſtat, *i. e.* præ ſenectute morti proximus eſt. * *Expreſſ. fig.* حلوا از ديك چوبين خورد *hælwā ez dīkĭ ćiopīn chord*. Dulciarium ex olla lignea comedit; *alluſio ad hominem, qui abſque labore, aut ulla moleſtia fortunæ commoda, dignitates, aut opes conſecutus eſt.* حلواي بي دود *hælwāĭ bī dūd*. Dulciarium, fumo carens; *dicitur de re absque multo labore, aut moleſtia comparata, uti: ſi quis facultatibus, jam ab aliis comparatis, potiatur.* حلوا مخور *hælwā mechor*. Dulciarium ne comedas, *h. e.* خلط كلام ايتمه *chæltÿ kelām itme*. t. Non commiſceas verba, *ſeu* non confunde ſermonem. حلوا ميخورد *hælwā mīchord*, *h. e.* خلط كلام ايدر و ياوه سويلر *chæltÿ kelām ider we jāwe ſöjler*. t. Confundit ſermonem, ineptias, & futilia profert. *Confonde il diſcorſo, parla ciancie. Ferh.*

حلواج *hælwāğ*. p. *n. ſ.* Avis impura, *morticinia, & cadavera comedens. Ferh.*

حلواجي *hælwāğī*. t. *n. ſ. i. q.* حلواني *hælwānī*. a. حلوافروش *hælwāfūrūś*. p. Dulciariorum piſtor, *aut* maſſarum dulcium venditor. *Venditor di paſte dolci. Eb.*

حلواجيان *hælwāğīān*. p. *n. ſ.* 1) *in gen.* Piſtores, venditoreſque dulciariorum. 2) *ſpec.* Famuli in culina imperiali apud Turcas, *qui diverſi generis dulciaria in uſum Sultani præparant. Hezārf.*

حلواجيلك *hælwāğīlik*, & حلواجيلك صنعتي *hælwāğīlik ſænætī*. t. *n. ſ.* Ars parandi dulciaria, *aut* maſſas dulces. *Arte di far paſte dolci.*

حلوان *hælwān*. a. *V. act.* 1) Dulcem, & ſuavem eſſe. 2) Placere *oculis, & animo.* 3) Donare *quid* in penſationem citra mercedem. *Gol.*

حلوان *hylwān.* a. *n. propr.* Nom. pagi in Ægypto *ſupra Kahiram. Mich. deſcr. Ægypt.*

حلوان *hulwān.* a. *V. act.* [F. 1.] 1) Donare *quid* in penſationem citra mercedem. 2) In tempore capere, & *ſibi* vindicare dotem, *aut* ſponſalitia dona filiæ ſuæ, *quæ poſt mortem mariti, vel repudium deberentur, quod apud Arabes opprobrio cedit. Wan.*

حلوان *hulwān.* a. 1) *n. ſ.* Honorarium auguris. *Gol.* 2) *n. propr.* Nom. urbis Yrakæ proprie dictæ, *a* قباد فيروز ساساني *kubād fīrūz ſāſānī conditæ, ad quam Chalifæ Bagdadenſes contra æſtus moleſtias a frigidiori aura ſolamen captaturi ſecedere ſolebant.* 3) Nom. oppiduli in montanis Niśabur *circa extremas Choraſanæ partes verſus Isfahan. Gol. in not. ad Alfr.*

حلوان *hulwān.* p. *n. ſ.* 1) Honorarium auguris. 2) Dos, *aut* dona ſponſalitia filiæ, *quæ parentes ſibi vindicant ante mortem mariti, vel repudium, quod probroſum apud Arabes. Ferh.*

حلواني *hælwānīj.* a. *part.* Dulciariorum piſtor, *aut* maſſarum dulcium venditor. *Gol.*

حلواي پرنج *hælwāī pirinğ.* p. *n. ſ. compoſ.* Dulciarium molle, recens, & grati ſaporis. *Ferh.*

حلواي شكر *hælwāī śeker.* p. *n. ſ. compoſ.* Species dulciarii, ex ſaccharo confecti, grative ſaporis. *Ferh.*

حلوب *hælūb.* a. *part. pl.* حلب *hulūb,* & حلائب *hælāīb.* 1) Quod mulgetur *animal. Wan.* 2) Mulgens. *Gol.*

حلوبة *hulūbet.* a. *part. fœm. præc. Wan.*

حلوبي *hulūbī.* p. 1) *n. ſ.* Adulterium veri, *uti: monetæ.* 2) *adj.* Variegatus. *Caſt.*

حلوتي *hulūtī.* p. *i. q. præc. Caſt.*

حلوق *hælwæk.* a. *n. ſ.* Sælanthus digitatus; *planta. Forsk. deſcr. Pl.*

حلوق *hulūk.* a. *n. ſ. pl. ab* حلق *hælk.* Guttura, fauces. *Wan.*

حلوك *hulūk,* & حلوكة *hulūket.* a. *V. act.* [F. 1.] Valde nigrum eſſe. *Wan.*

حلول *hulūl.* a. 1) *V. act.* [F. 2.] Pervenire ad mactationis locum *hoſtiam.* 2) Solvi debitum, *aut* ſolvere mulctam. 3) [F. 1.] Deſcendere, divertere *pec. ex itinere. Wan.* 4) Incidere, incumbere *iram. Gol.* 5) *n. ſ. i. q.* محل نزول *mæhallī nüzūl.* Locus, ubi quis ſubſiſtit. *Luogo, dove ſi ſmonta per riposare.* ¶ ولايت توقاته حلول ايدوب *wilājetī tokāte hulūl idüp.* Ingreſſus in regionem Tocatenſem. *Entrato nel diſtretto di Tocat.* شهر مزبورك ظاهرنده حلول اتدى *śehrī mezbūrün-zāhirinde hulūl itty.* Extra dictam civitatem deſcendit, ſubſtitit. *Paſſò à fronte di detta Città.* حلول تقدير حالتنده حيله و تدبير غير مفيد ايدوكنه جازم اولوب *hulūlī tæktīr hāletinde hŷle wü tedbīr ghæjrī müfīd idügine ğiāzim olüp.* Concludens, ſtante divinæ prædeſtinationis decreto, aſtutias & conſilia nihil prodeſſe. *Avendo viſto, che non v'è rimedio alcuno alla preordinazione divina.* حلول خانهء شام *hulūl chānei śām.* Diverſorium veſperi, occaſus, *i. e.* occidens. حلول شتا اقامتنه مانع اولمغين *hulūlī śitā ykāmetine māny*ᶜ*olmaghŷn.* Cum adventus hyemis eum ibi conſiſtere vetaret. *Sæ. Perche non vi ſi poteva trattenere per li ſopraſtanti cattivi tempi del verno. Br.* حلول كردن *hulūl kerden.* Deſcendere. *Caſt.*

حلولة *hulūlet.* a. *n. ſ. i. q. præc.* ¶ آفتاب عالمتابك نور لامع و پرتو ساطعنه حلولهء ابر سياهدن نه منقصت مترتب اولور *afitābī ālemtābün-nūrī lāmy*ᶜ*we pertewī sāty*ᶜ*yne hulūleī leī ebrī ſiāhten ne mænkyzæt mütterettib olur?* Solis, mundum illuminantis, ſplendori fulgenti, radiiſve, in omnem partem diffuſis, quid detrimenti evenire poteſt ab una oppoſitione nubis atræ? *Sæ. Un riſplendentiſſimo Sole, che detrimento può patire dall' oſcure nuvole? Br.*

حلولية *hælūīet.* a. *n. propr.* Nom. ſectariorum apud Moslemos, *qui tenent, poſſe divinam naturam cum humana uniri in eadem perſona. Marrac.*

حلوني *hulūnī.* p. 1) *n. ſ.* Adulterium veri, *ut: monetæ.* 2) *adj.* Variegatus. *Caſt.*

حلوى *hælwā.* a. *n. ſ.* 1) Edulium, ex melle, *vel* ſaccharo confectum. *Gol.* 2) Raja; *ſpecies amphibii cujusdam. Forsk. deſcr. An.*

حلوى *hulwā.* a. *n. ſ.* Res dulcis, gratique ſaporis. *Wan.*

حلويات *hælwījāt,* & *hulwījāt.* a. *n. ſ. pl. præc.* Dulciaria. *Paſte dolci.* ¶ اول اطعمهء شهيّه و حلويّات بهيّه ايله اطعام اولنورلر *ol æt*ᶜ*ymeī śehīje we hulwījātī behīje ile yt*ᶜ*ām olunurler.* Cibis illis appetitis, exquiſitis, belliſque dulciariis cibantur. *Sæ. Vengono cibati con diverſe vivande. Br.*

حلي *hælj.* a. 1) *V. act.* [F. 2.] Ornare monilibus, mundove *mulierem. Wan.* 2) *pro* حلو *hælw.* Dulcem, & ſuavem eſſe. *Gol.* 3) [F. 4.] Placere *oculis.* 4) Ornari ſuo mundo *mulierem.* 5) *n. ſ. pl.* حلي *hulij.* Mundus muliebris. *Ornamenti donneſchi. Wan.* 6) *n. propr.* Nom. civitatis *in oris Jemamæ maritimis. Schult.*

حلي *halīj.* a. *n. ſ. pl.* أحلية *æhlīet.* Carduus jam craſſus, & areſcens. *Wan.*

حلى *hylā.* a. *n. ſ. pl. ab* حلية *hyljet,* & *huljet.* Ornamenta gladii. Externæ formæ, deſcriptioneſque viri. *Wan.*

حلي *hulīj.* a. *n. ſ. pl. ab* حلي *hælj.* Ornamenta muliebria. *Wan.* * *Expreſſ. fig.* حليء بندآب *hulјī bendāb, h. e.* سبزه‌يي آب ايله بزه‌يجي و صدفده آبي اينجوايد يجي *ſebzejī ābile bezejiğī, we ſædefte ābī inğiū idiğī.* t. 1) Qui viretum aquis exornat. 2) Qui e conchæ margaritiferæ parte, aquæ inſtar relucente, margaritas conficit. *Ferh.*

حليب *hælȳb.* a. *n. ſ.* 1) Lac mulctum, recens, ac dulce. *Wan.* 2) Sanguis recens. 3) Vinum e dactylis. *Gol.*

حلية *hæljet.* a. *n. propr.* Nom. loci in Jemenſi diſtrictu, *ob copiam leonum celebris. Wan.*

حليّة *hælījet.* a. *part. pl.* حوال *hæwāl.* Mundo ornata *mulier. Wan.*

حلية *hyljet,* & *huljet. pl.* حلى *hylā.* a. *n. ſ.* 1) Ornatus *gladii, pec.* in capulo, & vagina. 2) Externa forma, deſcriptioque viri. *Wan.* 3) Veſtis. ¶ حلية ايله محلّي *hylje ile muhællā.* Veſte... indutus, ornatus. *Sæ.*

حلّيت *hyllīt.* a. *n. ſ.* Laſer, ſuccus ſilphii, *vul.* aſſa. *Gol.*

حليج *hælīğ.* a. *part.* Purgatum a ſemine *goſſipium. Wan.*

حليجة *hælīğet.* a. *n. ſ.* 1) Lac, in quo dactyli macerati. 2) Butyrum, adhærens utri, *in quo agitatum fuit lac.* 3) Expreſſus utris butyrarii humor, *aut* pinguedo. *Wan.*

حليف *hælīf.* a. *part. pl.* حلفا *hulefā.* Confœderatus, conjuratus, ſocius. *Congiurato, confederato.* ¶ حليف آللسان *hælīfül-liſān.* Promtus lingua, & diſertus. *Pronto di lingua, eloquente. Wan.*

حليفان *hælīfān.* a. *n. ſ. dual. præc.* Binæ tribus, fœdere & juramento invicem junctæ. *Wan.*

حليفة *hælīfet.* a. 1) *n. propr.* Nom. loci. *Wan.* 2) *n. ſ.* Juramentum. *Gol.*

حليفة *huleјfet.* a. *n. propr. form. diminut.* Nom. loci. *Wan.*

حليق *hælyk.* a. *part. com. gen.* Raſus *crine, barba. Wan.*

حليل *hælīl.* a. *part.* 1) Conjux, *ſeu maritus, ſeu uxor.* 2) Contubernalis. *Conſorte, moglie, marito. Gol.* ¶ حليلهء جليلهسي ايله *hælīleī ğelīleſi ile.* Cum ſua nobiliſſima conjuge. *Sæ Con la ſua glorioſiſſima conſorte. Br.*

حليلة *hælīlet.* a. *part. fœm. præc.* 1) Conjux, *ſcil. uxor.* 2) Contubernalis. *Gol.*

حليم *hælīm.* a. *part.* 1) Manſuetus; *inter attributa Dei, quæ a Mohammedanis in corona precaria,* تسبيح *tesbīh dicta, recitari ſolent, ordine vigeſimum primum. Hot. H. O.* 2) Pingue *animal, pec. camelus. Wan.*

حليم *hulīm.* a. *n. ſ.* Achyrantes aſpera; *planta Arabiæ felicis. Forsk. deſcr. Pl.*

حليمات *huleјmāt.* a. *n. propr.* Nom. colliculorum, in medio loci, فلج *feleğ* dicti, exiſtentium. *Wan.*

حليمة *hælīmet.* a. *n. propr.* Nom. nutricis unius Mohammedis pſeudoprophetæ. *Gagn. V. M.*

حم

حم H. M. a. *Notæ myſticæ Corani, aut voces compendiariæ, quæ ſuris 40. 41. 43. 44. 45. 46. præfixæ ſunt, quarumve intelligentiam nemini omnino, excepto Mohammede, conceſſam eſſe Muſulmani contendunt. Marrac. V.* الم

حم *hæm.* a. *n. ſ.* 1) Conſanguineus, *aut* mariti pater, fraterve. 2) Propinquus ejusmodi uxoris. *Wan.*

حمّ *hæmm.* a. *V. act.* [F. 1.] 1) Liquefacere *caudam ovinam.* 2) Contendere, intendere. 3) Properare, feſtinare. 4) Calefacere, fervefacere *aquam.* 5) Determinare, *aut* menſura, modoque definire. 6) [F. 4.] Accendere, ac excitare *ignem.* 7) Laborare febri. 8) Vehementer calidam eſſe *aquam.* 9) Carbonem evadere *prunam. Wan.*

حمّ *hæmm.* a. *n. ſ.* 1) Quod ſupereſt ex liquata *cauda ovina, aut* pars *ejus.* 2) Solicitudo. 3) *i. q.* بدّ *büdd.* Effugium. ¶ ما لي منه حمّ *mā lī minhu hæmmün.* Id evitare neſcio. *Wan.*

حمء *hæm'.* a. 1) *V. act.* Purgare cœno *puteum.* 2) *n. ſ.* Socer, mariti pater, fraterve. 3) Propinquus ejusmodi uxoris. *Gol.*

حمّ *humm.* a. 1) *n. ſ.* Effugium. 2) *pl. ab* حمّاء *hummāe.* Podices. 3) *part. pl. ab* أحمّ *æhæmm.* Nigræ res. ¶ آال حمّ *e-āl hümm.* Suratæ quædam, *ſeu* capita Corani. *Wan.*

حما *hæmā.* a. *n. ſ.* 1) Socer, mariti pater, fraterve. 2) Propinquus ejusmodi uxoris. *Wan.* 3) *pl. ab* حمأ *hæmā,* & حماء *hæmāe.* Cœna, luta tenuia. *Gol.*

حمأ *hæmā,* & حماء *hæmāe.* a. 1) *V. act.* [F. 4.] Multo cœno abundare, & impurum eſſe *puteum.* 2) Iraſci. 3) [F. 3.] Purgare cœno *puteum.* 4) *n. ſ. pl.* حما *hæmā.* Cœnum nigrum, tenue, fœtensque. *Wan.*

حما *hymā.* a. *V.* [3. *ab* حمي] 1) Prohibere, & abſtinere jubere. 2) Convenire *populum.* 3) Curare, animum advertere *ad negotia.*

negotia. Wan. 4) *intranſ.* Abſtinere præ verecundia *aut* gravitate. *Gol.*

حماء *hymāe.* a. *n. ſ.* 1) Devotio, ſacrificatio capitis pro altero. *Wan.* 2) Prohibitio, abſtinentia, privatio. ¶ حماء لك *hymāe leke. i. e.* فداك *fedāke.* Salus tibi, ac redemtio, omnes te ſalvum velint. *Wan.* عوارض همّيّه دن قوّتي ضعيف وحماي نوميّه دن غايتده نحيف اولمشدر *ǽwāryzỹ hemmījeden kuwwetī zæ-ỹf we hymāï newmījeden ghājette næhỹf olmiśtür.* Ob accidentia ſolicitudinum vires ejus debilitatæ, & ob privationem ſomni factus eſt extreme macilentus. *Dalli accidenti malinconici gli s'indebolirono le forze, e dalla privazione del ſonno reſtò ſommamente ſmagrito. Sæ.*

حمّا *hummā.* a. *n. ſ.* Podex. *Gol.*

حمأة *hæmæ-et.* a. *n. ſ.* Lutum nigrum. *Wan.*

حماة *hæmāt.* a. *n. propr.* Nom. urbis in Syria, *cujus principatum Abulfeda tenuit, celebris æque hiſtoricus, ac geographus.* ¶ نهر حماة *nehrī hæmāt, i. e.* fluvius Hamatæ, *qui nominibus aliis* ارنط *urunt, tum* نهر ٱلمقلوب *nehrül-mæklūb, quod ab auſtro in ſeptentrionem fluat, tum etiam* ٱلعاصي *el-ǽsȳ, i. e.* rebellis, & inobſequens *audit propterea, quod nonniſi grandium rotarum ope extra alveum ſublatus rigandis arvis inſerviat, ubi ex alveo ſuo alii facile ſe duci patiuntur. Kæhl. tab. Syr.*

حماة *hæmāt.* a. *n. ſ. pl.* حموات *hæmewāt.* 1) Socrus, *aut* alia ex proximis mariti, *vel* uxoris. 2) Sura cruris. *Wan.*

حماة *humāt.* a. *n. ſ. pl. ab* حامي *hāmī.* Protectores, defenſores. *Difenſori. Wan.*

حماتان *hæmātān.* a. *n. ſ. dual. ab* حماة *hæmāt.* Duo muſculi nervoſi in crure equi, unus interior, alter exterior. *Wan.*

حماد *hæmādi.* a. *interjectio laudandi, vel approbandi.* Euge, laus ſit illi. *Wan.*

حمادا *hümādā.* a. *partic.* Macte. *Wan.*

حمازي *hümāzā.* a. *n. ſ.* Æſtus, vehementia caloris. *Gol.*

حمّار *hæmmār,* & *poetice* حمار *hæmār.* a. *n. ſ. pl. ab* حمّارة *hæmmāret.* Calidiores æſtatis dies. *Wan.*

حمّار *hæmmār.* a. *part.* Agaſo, qui aſinos ductat per viam. *Wan.*

حمار *hymār.* a. 1) *n. ſ. pl.* حمر *humür.* Aſinus. *Aſino.* 2) Lignum, ſuper quo poliuntur enſes, *aut* ſimilia. *Gol.* 3) *n. propr.* Nom. viri cujusdam ex ſtirpe عاد *ǽd, qui, mortuo filio, a Moslemiſmo deficiens omnes, territorium ſuum ingredientes, ad eandem defectionem invitavit, unde proverbio anſam dedit* أكفر من حمار *ekferü min hymārīn, i. e.* Infidelior Hymaro, *ſeu* aſino. *Wan.* ¶ حمار وحشي *hymārī wæhśī.* Onager. حمار ٱلأهلي *hymārül-ehlī.* Aſinus domeſticus. *Caſ. bibl. A. H.* حمار ٱلحايط *hymārül-hayt, i. e. aſinus ad murum.* Luſus in Meſopotamia, *in quo unus, muro innixus, ſtat curvato dorſo, dum alii inſiliunt. Hyd. de lud. or.* حمار ٱلجزيرة *hymarül-gezīret.* Aſinus Meſopotamienſis; *nomen, quo ultimus Ommiadum Chalifa, Marvan dictus, decorabatur, quod inſtar onagri fugere in pugna neſciret. Schik. Tar. R. P.*

حمارات *hæmārāt.* a. *part.* Laborioſus, ac agilis in ſuis rebus. *Leſto, e deſtro nelle coſe ſue. An.*

حماران *hymārān.* a. *n. ſ. dual. ab* حمار *hymār.* 1) Lapides duo erecti, quibus tertius imponitur, *ſuper quo lac, butyro exemtum, exſiccatur. Wan.* 2) Duo aſini; *nom. duarum ſtellarum in conſtellatione,* Cancer *dicta. Hyd. tab. ſtel. fix.*

حمّارة *hæmmāret, poetice* حمارة *hæmāret.* a. *n. ſ.* Ferventior pars æſtatis. *Gol.*

دفء *dif.* a. *n. ſ.* 1) Calor. 2) *pl.* أدفا *edfā.* Fomentum *pec.* ex lana, *vel* pilis camelinis. 3) Quidquid commodi a camelis redit *pec.* fœtura, & lac, & pili eorum. *Wan.* 4) Angulus calidior, *aut* locus in cubiculo, ubi quis conſidet tectus, fotuſve. *Gol.*

دفا *defā.* a. *n. ſ.* Incurvatio, curvitasque dorſi. *Wan.*

دفأ *defee.* a. *V. act.* 1) Calere, calefieri, foverique omni frigore depulſo, *vel* excluſo. 2) Calefacere, fovere *veſtem, aut etiam alium alium ſuo calore.* 3) Calida induere veſte. 4) Multum dare, ac donare. 5) *intranſ.* Convenire, ac congregari *populum. Gol.*

دفآ *difā.* a. *V.* [3, *a* دفو] Obruere *ſaucium,* ac interficere. *Gol.*

دفاءة *defāet.* a. *n. ſ.* Calor. *Wan.*

دفأة *defeet.* a. *V. act.* 1) Calere, calefieri, foverique omni frigore depulſo, *vel* excluſo. 2) Calefacere, fovere *veſtem.* 3) Calida induere veſte. 4) Multum dare, ac donare. 5) *intranſ.* Convenire, ac congregari *populum. Gol.*

دفاتر *defātir.* a. *n. ſ. pl. a* دفتر *defter.* Regiſtra, libri, codices. *Regiſtri, libri. Wan.*

دفادف *defādif.* a. *n. ſ. pl. a* دفدفة *defdefet.* Latera terræ. *Gol.*

دفار *defārĭ.* a. Vox convicii cauſſa adhiberi ſolita, *v. g.* يا دفار *jā defārĭ.* O fœtida. *Wan.* ¶ أمّ دفار *ümmü defārin.* Mundus. *Gol.*

دفّاع *deffā**. a. *part.* 1) Valde impellens, repellensve. 2) *pec.* Qui os in patina oblatum a ſe removet, ut obviam habeat carnem. *Gol.*

دفاع *difā**. a. 1) *V.* [3. *a* دفع] Pellere, trudere. *Wan.* 2) Extrahere rem in longum *cum aliquo,* procraſtinando agere. 3) *n. ſ.* Propulſatio, averſio. *Gol.*

دفّاع *düffā**. a. *n. ſ.* Fluxus ingens aquæ. *Wan.*

دفّاف *deffāf.* a. *part.* Tympaniſtes, tympani دف *def* dicti pulſator, *aut* ejus effector. *Gol.*

دفاف *difāf.* a. *V.* [3. *a* دفّ] Properare interficere *ſaucium, vel ægrotum. Wan.*

دفاق *difāk.* a. *part.* 1) Celeriter incedens *camelitis. Wan.* 2) Generoſa, ac effuſi curſus *equa. Gol.*

دفاق *düfāk.* a. *n. ſ.* Fluxus aquæ ingens, vallem replens. *Wan.*

دفآن *def-ān.* a. *part.* Calidiora indutus. *Wan.*

دفان *difān.* a. *n. ſ.* 1) Latens, tectusque puteus, *aut* ciſterna, quadam parte tecta, *quod fieri videtur, ne omnium uſui pateat. Wan.* 2) *in gen. pl.* دفن *düfün.* Loca tecta, & opleta. *Gol.*

دفأى *def-ej.* a. *part. fœm. a* دفآن *def-ān.* Calidiora induta *fœmina. Wan.*

دفاين *defājn.* a. *pl. a* دفينة *defīnet.* 1) *n. ſ.* Res abſconditæ, *pec.* theſauri. 2) *part.* Tectæ *mulieres. Gol.*

دفائي *defāīj.* a. *n. ſ.* Pluvia extremi veris, *q. fomentum terræ. Gol.*

دفّة *deffet.* a. *n. ſ.* 1) Latus, & alterutra facies rei, *pec.* latus *collis arenacei,* quod oppoſitum ſpectanti. 2) Pagina *chartæ, librive.* 3) Tympanum, *ſeu* tabula valvarum, *vulgo* panellum. ¶ دفّتا ٱلكتاب *deffetalkitābĭ.* Tabulæ duæ libri, ſimileſve duæ res, inter quas compactus continetur liber. *Gol.*

دفّة *düffet.* a. *n. propr.* Nom. montis in Heğiaz, provincia Arabiæ. *Nieb. deſcr. Arab.*

دفتر *defter.* a. *n. ſ. pl.* دفاتر *defātir.* 1) Quaternio libri. *Wan.* 2) Liber, codex, *pec.* rationarius, *aut* memorialis oblongiore forma, *vulg.* regiſtrum, *qui alias* زمام *zemām dicitur. Gol.*

دفتر *defter.* p. t. *n. ſ.* 1) Album. *Libro di ricordo.* 2) Liber, *pec.* expenſi, & accepti. *Razionale.* 3) Index ordinatarum rerum, catalogus. *Regiſtro, catalogo.* 4) Pellis, in qua ſcribitur. *Ferh.* ¶ دفتره قيد ا *deftere kæjd e.* دفتره يازمق *deftere iazmak,* & دفتر ا *defter e.* In tabulas referre, inſcribere in catalogum. *Scriver nella liſta, arrolare.* انا دفتري *ana defteri.* Protocollum, matrices tabulæ. *Matricola, protocollo.* عسكر دفتري *æsker defterī.* Album. *Ruolo.* دفتر اعمال *defterĭ æ***māl.* Liber vitæ, cui inſcribuntur opera ſingula hominum. *Eb.* دفتر خانه *defter chāne.* Archivum, *ubi ſervantur tabulæ Timariorum, ſeu bonorum regalium benemeritis diſtributorum, aut diſtribuendorum.* دفتر خانه كاتبي *defter chāne kātibi.* ~~Notarius.~~ *Notaio delli Timari, o beni regali.* دفتر كتخداسي *defter ketchudāſi,* & دفتر اميني *defter emīnī.* Cuſtos protocolli dictorum bonorum regalium, *ſeu* Timariorum præfectus. *Commiſſario. Leoncl.* * *Expreſſ. fig.* دفتر شكست *defter ſikeſt, h. e.* كاغد كنارين بوكمك *kāghyd kenārin bökmek.* Inflexio chartæ ad marginem. *Ferh.*

دفتردار *defterdār.* p. *n. ſ. compoſ.* 1) Officialis, qui libris accepti, & expenſi præeſt. 2) *pec. apud Turcas* Theſaurarius, *ſeu* quæſtor, *publicos imperii reditus colligens, eorum rationes tenens, & adminiſtrans, quales in ſingulis Turcarum provinciis exiſtunt, ſupremo Cameræ Præſidi,* دفتردار پاشا *defterdār pāśā dicto, ſubditi, cui rationes ſuas tranſmittere tenentur. Hezarf.* دفتردار اسكلسي *defterdār iskeleſi.* Nomen pagi, & emporii ſub Boſphoro Thracico. دفتردار بورني *defterdār burni.* Nom. promontorii parvi ſub Boſphoro Thracico, ad partem Europæ, olim Elidhion dicti.

دفتردار پاشا *defterdār pāśā.* t. *n. ſ. compoſ.* Supremus theſaurarius, *q.* ſupremus cameræ præſes; *miniſter ad portam ottomanicam magnæ auctoritatis, & exiſtimationis, ſiquidem plerumque trium, ut dici amat, caudarum equinarum Baſſa eſt, & Veziriis* قبّه وزيرلري *kubbe wezīrlerī, i. e. in ſenatu ſub fornice ſedem habentibus adnumeratur. Curæ ipſius commiſſi ſunt totius imperii reditus, ſumtuſve annui, qui pro diverſitate ſua in duodecim numero cancellariis,* قلم *kælem dictis, ope complurium ſubalternorum officialium computari, & in expenſas ſtatus publici neceſſarias, exſolvenda ſtipendia militaria, hisque ſimilia adhiberi ſolent. Ceterum præſes ærarii hujus nullatenus cum theſaurario ipſius Sultani confundendus eſt, is enim* خزينه دار باشي *chæzīnedār bāśī dictus privati ſolummodo theſauri principis curam habet, & ex interiore Sultani famulitio e numero videlicet eunuchorum deligitur. Hezarf.*

دفتردارلق *defterdārlyk.* t. *n. ſ.* Officium præſidis cameræ. *Camerlengato. Ll.*

دفتري *defterī.* p. *n. ſ.* Supremus Theſaurarius, cameræ præſes. *Ferh. V.* دفتردار

دفتك *diftik.* t. *n. ſ. melius* تفتيك *tiftīk.* 1) Lana caprina ſubtilis. 2) Lineum tomentum. *Sfilacci di tela per le ferite.*

دفتكلمك *diftiklemek.* t. *V.* Carpere lanam, *vel* fila telæ. *Sfilacciare.*

دفدفة *defdefet.* a. 1) *V. quadril.* Deorſum, ac prope terram volare *accipitrem, ut cum perſequitur delabentem prædam.* 2) Alas, pedesque movere, ac quaſſare eas inter volandum, *uti: columbam.* 3) Accelerare. 4) *n. ſ. pl.* دفادف *defādif.* Latus terræ. *Gol.*

دفدوف *defdūf, in compoſit. c.* أبو *ebū.* أبو دفدوف *ebū defdūf.* a. *n. ſ.* Chætodon ſordidus; *piſcis fuſco-cinereus, ovatus, faſciis tranſverſis obſoletis quatuor. Forsk. deſcr. An.*

دفر *defr.* a. 1) *V. act.* [F. 4.] Male olere, fœtere. *Wan.* 2) Impellere, & trudere in pectore. 3) *n. ſ. ipſe* Fœtor. ¶ امّ دفر *ümmĭ defr,* & امّ ٱلدّفر *ümmüd-defr.* 1) Mundus. 2) Malum. دفرا له *defren lehü.* Phy illum. *Gol.*

دفر *defer.* a. *n. ſ.* 1) Cum in cibo vermes naſcuntur *a fœtore.* 2) Vilitas abjecta, & contemtus. *Gol.*

دفر *defir*. a. *part*. Fœtens *pec*. ancilla. *Gol*. ¶ دفرا دافرا له *defiren dāfiren lehu*. Phy illum ! *Wan*.

دفرا *defrā*. a. *part. fœm. ab* ادفر *edfer*. 1) Fœtida. 2) Rubigine armorum ſordens *turma*. *Gol*.

دفرة *defiret*. a. *part. fœm. a* دفر *defir*. Fœtens, *pec*. ancilla. *Wan*.

دفزك *defzek*. p. *adj*. Craſſus, ſpiſſus, denſus. *Ferh*.

دفس *defs*. a. *V. act*. Nigro colore faciei affici citra morbum. *Wan*.

دفص *defs*. a. *n. ſ*. Lævitas, glabra mollities. *Gol*.

دفطسة *deftæset*. a. *V. quadril*. Amittere opes, *ſeu* pecora ſua. *Gol*.

دفع *def*ˆ. a. 1) *V. act*. [F. 3.] Dare, tradere. 2) Amovere, prohibere, propulſare, avertere. *Wan*. 3) Trudere, pellere, repellere. 4) Reddere. 5) *intranſ*. Redire. 6) Lac ſtillatim emittere *ovem* ante fœturam. *Gol*. 7) *n. ſ*. Amotio, repulſio. *Rimovere, riſpingere, ſcacciare*. *Sæ*. ¶ ، دفع و رفع *def-ū ref*ˆ e. Amovere & tollere. *Togliere, levare*. ، دفع غم *def-ỳ ghæm* e. Curas amovere. *Scacciar la malinconia*. ، دفع عطش *def-ỳ ætś* e. Sitim depellere, explere. *Smorzar la ſete*. ، دفع حرارت *def-ỳ hærāret* e. Tollere calorem, æſtumve *febris, ſitis*. *Levar l'ardor della febbre, o della ſete*. ، غلبهٔ دفع *ghælebei def*ˆ e. *ſeu vulg*. ، غلبهلغي دفع *kalabalyghy def*ˆ e. Compreſſionem populi amovere. *Far andar via la calca*. دفع مضرتلري ايچون *def-ỳ mæzærretlerī ićiün*. Ad impedienda, ac avertenda damna, quæ inferunt. *Per ovviare alli danni, che poſſono fare*. *Ll*. زهري دفع ايدن *zehrī def*ˆ *īden*. Antidotum, quod venenum tollit, *aut* pellit. *Antidoto, che ſcaccia il veleno*. ضرب و دفع يات و يراغيله *zærbū def*ˆ *jātū jaraghyile*. Cum armis offenſivis, & defenſivis. *Con arme offenſive, e difenſive*. *An*.

دفع *düfæ*ˆ. a. *n. ſ. pl. a* دفعة *düf-æt*. Fluxus, iique vehementiores pluviæ, ſimilisque rei. Aquæ. Vulnera. *Gol*.

دفعات *def-āt*. a. *n. ſ. pl. a* دفعة *def-æt*. Vices unæ. Momenta, inſtantes. *Gol*. ¶ دفعاتله *def-ātile*. Multoties, pluries, repetitis vicibus. بالدفعات *bid-def-āt*, & دفعات كثيره *def-ātī kesīre*. Idem. *Più volte*. *Sæ*.

دفعة *def-æt*. a. *n. ſ. vulgo* دفعه *def-æ*. *pl*. دفوع *düfū*ˆ. 1) Repulſio una *Wan*. 2) Vicis una. 3) Momentum, inſtans. *Iſtante*. *Gol*. ¶ دفعة واحدة *def-æten wāhydeten*. 1) Una vice. 2) Uno ictu, uno eodemque impetu. *In una volta, d'un colpo*. دفعة *def-æten*. 1) Idem. 2) *etiam* pluries. *Più volte*. *Ik*. بو دفعه *bu def-æ*. Hac vice, modo, pro nunc, & tunc. برقاچ دفعه *bir kać def-æ*. Aliquoties. *Alquante volte*. نيچه دفعه *niće def-æ*. Compluries. *Più fiate*. *Ll*.

دفعة *düf-æt*. a. *n. ſ. pl*. دفع *düfæ*ˆ. 1) Fluxus unus, isque vehementior pluviæ, ſimiliſve rei. *Wan*. 2) Aqua. 3) Sanguis. 4) Vulnus. *Piaga*. 5) Momentum. 6) Vicis una. ¶ دفعة واحدة *duf-ætün wāhydetün*. Cum una vice ſimul omnes *veniunt*. *Gol*.

دفعي *def-ỳ*. a. *adv*. 1) Tunc, illico. 2) Iterum. *An*.

دفغ *defgh*. a. *n. ſ*. Stramen, ac gluma milii ventilati. *Gol*.

دفق *defk*. a. *V. act*. 1) [F. 1.] Effundere *aquam*. *Wan*. 2) *paſſ*. [F. 1. & 2.] Effundi, effluere *aquam*. *Gol*.

دفق *defæk*. a. 1) *V. act*. Proſtare cameli dentes, & defluvio proximos eſſe. *Wan*. 2) *part*. Generoſus curſu *equus*. *Gol*.

دفق *difækk*. a. *part*. 1) Celeriter incedens *camelus*. 2) Stolidus, tardusque *homo*. *Wan*.

دفق *difykk*. a. *part*. Generoſus curſu *equus*. *Gol*.

دفقة *difækkæt*. a. *part*. Generoſa, ac effuſi curſus *equa*. *Gol*.

دفقة *düfkæt*. a. *n. ſ. i. q.* دفعة *düf-æt*. Fluxus unus, isque vehementior pluviæ, ſimilisve rei. *Wan*.

دفقي *difækkā*. a. 1) *n. ſ*. Celeritas *pec*. in curſu. *Wan*. 2) Camelitis generoſi generis, & velox, *aut* omnis expers fœturæ. 3) *part*. Generoſa, ac effuſi curſus *equa*. *Gol*.

دفقي *difykkā*. a. *part*. 1) Celeriter incedens *camelus*, *aut* modo in unum modo in alterum latus, *vel* paſſibus diductis. 2) Generoſa, ac effuſi curſus *equa*. *Gol*.

دفكش *defkeś*. p. *n. ſ. compoſ. poetis*. Feneſtrella in cubiculis mulierum, *per quam clandeſtine foras aſpicere poſſunt*. *Ferh*.

دفل *difl*. a. *n. ſ*. 1) Pix *tum* liquida, *tum* ſicca. 2) Oleander. *Gol*.

دفلة *diflet*. a. *n. ſ*. Nerium *oleander*; *planta Kahirina hortenſis*. *Forsk. deſcr. Pl*.

دفلي *diflā*. a. *n. ſ. ſing*. & *pl*. Rhododaphne; *arbor, quæ laurum foliis, floribus roſam refert*. *Caſ. bibl. A. H.*

دفن *defn*. a. 1) *V. act*. [F. 2.] Occultare, recondere *rem*, *pec*. ſub terra, *Wan*. 2) *uſit*. Sepelire, humare. 3) *intranſ*. In medio camelorum eſſe, ſeque ingerere *camelitem pec*. cum adaquantur. 4) Abire, & diſcurrere *camelitem*, quo vult. 5) *part*. Obſcurus *homo*. *Gol*. ¶ ، دفن *defn*. e. 1) Occultare, recondere. 2) Sepelire, humare. *Sotterrare, ſepelire*. جسد شريفلريني دفن اتديلر *gesedī śerīflerini defn ittiler*. Corpus ejus nobile ſepeliverunt. *Sæ*. *Sepelirono quel glorioſo corpo*. *Br*. دفن اولنمامش *defn olunmāmiś*. Inſepultus. *Inſepolto*. *Ll*.

دفن *düfün*. a. *n. ſ. pl. a* دفان *difān*. Loca tecta, & oppleta. *Wan*.

دفنا *düfnā*. a. *part. pl. a* دفين *defīn*. Tecti, ſepulti. Incogniti *morbi*. *Gol*.

دفناس *difnās*. a. 1) *n. ſ*. Vir ſtolidus, demens. *Wan*. 2) Vilis, *ſeu* vir, *ſeu* mulier. 3) Paſtor ſegnis, ac iners. 4) *part*. Avarus. *Gol*.

دفنس *difnes*. a. 1) *part*. Demens. 2) *n. ſ*. Fœmina gravis molle. *Gol*.

دفنس *difnis*. a. *n. ſ*. Mulier ſtolida, demens. *Wan*.

دفنوك *defnūk*. p. *n. ſ*. Pannus ephippio inſterni ſolitus, *ex ſerico, vel panno, auro intermixto*. *Coperta della ſella*. *Ferh*.

دفنوك *düfnūk*. p. *n. ſ*. 1) *i. q. præc*. 2) Clava ferrea, *aut* lignea. *Ferh*.

دفنه *defne*. t. *n. ſ. ex græc*. Laurus. *Lauro, alloro*. ¶ دفنهٔ فرنكي *defneï frengī*. Genus lapidis, ſmaragdum referentis, ex montibus Oenipontanis. *Pietra malagita*. *An*. دفنه تخمي *defne töchmi*. Baccæ lauri.

دفنهلك *defnelik*. t. *n. ſ*. Lauretum. *Laureto*.

دفني *defenīj*. a. *n. ſ*. Species ſtriatæ veſtis. *Wan*.

دفو *defw*. a. *V. act*. [F. 1.] Obruere *ſaucium*, ac interficere. *Wan*.

دفوا *defwā*. a. 1) *part. fœm. ab* أدفى *edfā*. Incurva dorſo *fœmina*. 2) Cornibus longis, & pene ad nates inflexis *capra*. 3) Longis alis prædita *avis*. 4) *n. ſ*. Arbor magna. 5) Aquila *ob naſum aduncum*. *Wan*.

دفوع *defū*ˆ. a. *n. ſ*. Inſtrumentum, quo quid propellitur, *aut* abigitur. *Wan*.

دفوع *düfū*ˆ. a. *n. ſ. pl. a* دفعة *def-æt*. Vices unæ. Momenta. *Gol*.

دفوف *defūf*. a. *part*. 1) Deorſum, prope, *ſeu* juxta terram volans *accipiter*, *ut cum perſequitur delabentem prædam*. 2) Pedes movens, alasque quaſſans inter volandum, *uti columba*. *Gol*.

دفوف *düfūf*. a. *n. ſ. pl. a* دف *düff*. Tympana *pec*. arabica. *Gol*.

دفوق *defūk*. a. *part*. Generoſa, ac effuſi curſus *equa*. *Gol*.

دفون *defūn*. a. *part*. 1) Vagans, ac pro libitu citra neceſſitatem incedens, quo velit, *camelus*, *aut homo*. 2) Quæ inter viros ſedere ſolet *fœmina*. *Gol*. 3) Quæ in medio camelorum incedere, *ſeu* verſari ſolet *camelitis*. 4) Subducens ſe a domino, latensque ac fugitivus *ſervus*. *Wan*.

دفي *defj*. a. *V. act*. [F. 1.] Obruere *ſaucium*, ac interficere. *Gol*.

دفي *defī*. a. 1) *part*. Calida indutus veſte, fotus. 2) *n. ſ*. Herba, quæ ante æſtatem reſecta comeditur. *Wan*.

دفي *defīj*. a. *part*. Calidus, *ſeu* fovere idoneus *dies, nox, locus, veſtis*. *Wan*.

دفية *defiet*. a. *part. fœm. a* دفي *defī*. Calida induta veſte *fœmina*. *Gol*.

دفية *defījet*. a. *part. fœm. a* دفي *defīj*. Calida, *ſeu* fovere idonea *veſtis*. *Gol*.

دفيف *defīf*. a. *V. act*. 1) [F. 2.] Leniter, ac ſenſim *in hoſtem* tendere. 2) Deorſum, prope, *ſeu* juxta terram volare *accipitrem*. *Wan*. 3) Alas, pedesque movere inter volandum *columbam*. *Gol*.

دفين *defīn*. a. 1) *part. comm. gen. pl*. أدفان *edfān*, & دفنا *düfnā*. Tectus, ſub terra reconditus, *aut* ſepultus. 2) Incognitus, *aut* latens *morbus*. *Naſcoſto, ſepolto*. 3) *n. ſ. pl*. دفن *düfün*. Latens, tectuſve quadam parte puteus, ciſterna: *quod fieri videtur, ne omnium uſui pateat*. *Gol*. ¶ دفين خاك اوله *defīnī chāk ola*. In terra ſepeliatur, humetur. *Sia ſepolto*. *Ll*.

دفينة *defīnet*. a. 1) *part. fœm. præc. pl*. دفاين *defājn*. Tecta *mulier*. 2) *n. ſ. uſitat*. Res abſcondita, *ſeu* ſepulta, *pec*. theſaurus. *Teſoro*. *Gol*.

دفيه *düfije*. p. *n. ſ*. Cauda columbæ. *Caſt*.

دفئي *defeij*. a. *n. ſ*. 1) Pluvia extremi veris, *q. fomentum terræ*. 2) Pullus, ea tempeſtate natus. *Gol*.

دفئية *defeījet*. a. *n. ſ*. Commeatus, penuſve, qui reconditur ante æſtatem. *Gol*.

دق

دق *dæk*. p. *n. ſ*. 1) Veſtis derviſiorum lanea, craſſa cum fimbriis dependentibus. 2) Mendicatio. 3) Alluſionibus plena, ac figurata locutio. 4) Sermo inutilis. 5) Contrarietas, obſiſtentia in ſermone. *Ferh*. ¶ دق كرفتن *dæk giriften*. Calumniari, *aut* inſectari crimine, *vel* probroſis verbis. *Caſt*.

دق *dækk*. a. *V. act*. [F. 2.] 1) Contundere, *ut in mortario*. *Wan*. 2) Pulſare *fores*, & *muros urbis*, *i. e.* proxime accedere ad invadendum. *Gol*. ¶ ، دق *dækk* e. Pulſare, & contundere. *Battere, e peſtare*. ، دق باب *dækkỳ bāb* e. Pulſare fores. *Batter alla porta*. ، دق و لق *dækku lækk* e. Collidere, & colludere, ſtrepitum facere. *Battere, gridar inſieme, far ſtrepito*. اندده

جمع

جمع اولوب دقّ و لقّ ايدرلردي *anda ğem* *olup dækku lækk iderlerdy*. Illic congregati ſtrepitum inter ſe faciebant. *Radunati in quel luogo facevano ſtrepito trà di loro. Eb.*

دقّ *dykk*. a. 1) *part.* Subtilis, valde minutus, gracilis. 2) Paucus. *Wan.* 3) *n. ſ.* Morbus ſubtilis, *pec.* febris hectica. *Febbre etica.* ¶ أخذ دقّه و جلّه *æchæze dykkæhu we ğellehu.* Cepit, quicquid habuit, paucum, & multum. *Gol.*

دقا *dækæn.* a. *V. act.* [F. 4.] Multum lactis ingurgitare *pullum camelinum*, ut propterea e ſtomacho laboret. *Wan.*

دقارير *dekārīr.* a. *n. ſ. pl. a* دقرارة *dykrāret*, & *dukrāret*, دقرار *dykrār*, & دقرور *dukrūr.* Simultates, conſuetudines malorum. *Wan.* Horti. *Gol.*

دقاريس *dekārīs.* a. *n. ſ. i. q.* ثعاليب *ſeā-līb.* Vulpes. *Volpi. Gol.*

دقاع *dækā*, & دقاع *dukā*. a. *n. ſ.* Terra, pulvis. *Gol.*

دقّاق *dækkāk.* a. *part.* Qui venundat farinam. *Venditor di farina. Gol.*

دقاق *dykāk.* a. 1) *V.* [3. *a* دقّ] Subtiliter, & minutim *cum aliquo* agere *in computo.* 2) *n. ſ.* Schidia, ac fragmenta lignorum. 3) *pl. a* دقيق *dækȳk.* Farinæ. *Gol.*

دقاق *dukāk.* a. 1) *part.* Subtilis, valde minutus. *Wan.* 2) *n. ſ.* Schidia, ac fragmenta lignorum. 3) Mica cujuscunque rei. *Gol.*

دقّاقة *dækkākæt.* a. *n. ſ.* Piſtillum, quo oryza, & ſimilia contunduntur. *Gol.*

دقال *dykāl.* a. *part. pl. a* دقلة *dækælet.* Graciles oſſibus, ac extenuatæ *oves. Gol.*

دقايا *dækājā.* a. *part. pl. a* دقوي *dækwā.* Multum lactis ingurgitantes *pulli camelini*, ut propterea laborent e ſtomacho. *Gol.*

دقايق *dækājyk.* a. *n. ſ. pl. a* دقيق *dækȳk.* Subtilia, ſubtilitates, minuta, momenta. Farinæ. *Coſe ſottili, momenti, farine. Ik.*

دقّة *dykkæt.* a. *V. act.* [F. 2.] 1) Subtilem, minutam eſſe *rem.* 2) Gracilem *tibia* eſſe. 3) Comminuere, contundere, *ut in mortario.* 4) Pulſare *fores*, & *muros urbis*, *i. e.* proxime accedere ad invadendum. *Gol.* 5) Scrutari diligenter, ac recogitare. *Acht.*

دقّة *dykkæt*, & دقّت *dykkæt.* a. *n. ſ.* 1) Vilitas, avaritia. 2) *contr.* Donatio, donum. *Gol.* 3) *uſit.* Diligens ſcrutatio, accurata ſolicitudo. 4) Res ſubtilis. *Diligenza, accuratezza. Acht.* ¶ دقّت ا *dykkæt e.* Studioſe, & accurate inquirere, diligentia uti. *Informarſi con accuratezza.* دقّت و اهتمام ايليه سز *dykkætü ihtimām ejleſeſyz*, *vel* دقّت و اهتمام اوزره اولاسز *dykkætü ihtimām üzre olaſyz c c. dat. rei, vel infinitivi.* Omnimodum ſtudium, & operam adhibeatis. *Procurate con ogni ſtudio, ed accuratezza.* دقّت تام و اهتمام مالاكلام ايليه سز *dykkæti tām we ihtimāmi mālā kelām ejlejeſyz.* Idem. دقّت ايله *dykkæt ile.* Accurate, ſtudioſe. *Con accuratezza, e pontualità.* دقّت ايله نظر ا، & ناظر ا *dykkæt ile næzær e.* & *nāzyr ol.* Oculos defigere. *Affiſſar lo ſguardo.* عقلك دقّتي *æklun-dykkæti.* Subtilitas ingenii, argutia. *Sottigliezza d'ingegno. Eb.* دقّت كرفتن *dykkæt giriften.* Calumniari, inſectari crimine, *aut* probroſis verbis. *Caſt.*

دقّة *dukkæt.* a. *n. ſ. pl.* دقق *dukæk*, & دقّي *dukkā.* 1) Pulvis tenuis, quem de terra rapit ventus. *Wan.* 2) Sal comminutum, & aromata, quæ induntur cibo. *Gol.*

دقدقة *dækdækæt.* a. *n. ſ.* 1) Strepitus ab ungulis jumenti excitatus, cum lapides calcat. *Wan.* 2) Tumultus, ſtrepituſve hominum. *Gol.*

دقر *dækær.* a. *V. act.* 1) Impleri cibo. 2) Irriguum, & floridum eſſe *locum.* 3) Luxuriare *herbas.* 4) Vomere præ nimia ingurgitatione. *Wan.*

دقر *dykr.* a. *n. ſ.* Hortus, floribus, ac herbis amœnus. *Gol.*

دقرا *dækrā.* a. *n. ſ. i. q. præc. Gol.*

دقرار *dykrār.* a. *n. ſ. pl.* دقارير *dækārȳr.* 1) Bracca brevis, qualis nautis in uſu eſt. *Wan.* 2) Hortus. *Gol.*

دقرارة *dykrāret.* a. *n. ſ. pl.* دقارير *dækārīr.* 1) Infortunium, malum. 2) Vir rixoſus. *Wan.* 3) Hortus. *Gol.*

دقرارة *dukrāret.* a. *n. ſ. pl.* دقارير *dækārīr.* Bracca brevis, qualis nautis in uſu. *Wan.* 2) Hortus. 3) Suſurratio. 4) Obſcœnitas. 5) Rixa. 6) Simultas, *aut* mendacium. 7) Conſuetudo mali. 8) Infortunium, malum. 9) Temeritas, vanitas. *Gol.*

دقران *dukrān.* a. *n. coll.* Ligna, quibus fulcitur vitis. *Gol.*

دقرة *dykret.* a. *n. ſ.* Hortus, floribus, ac herbis amœnus. *Gol.*

دقرور *dukrūr.* a. *n. ſ. pl.* دقارير *dækārīr.* 1) Hortus. 2) Bracca brevis, qualis nautis in uſu. *Gol.*

دقري *dækrā.* a. *n. ſ.* Nom. horti alicujus. *Wan.*

دقسة *dækſet*, *minus recte dukſet* a. *n. ſ.* 1) Granula, milio ſimilia. 2) Nom. animalculi, albis, nigriſque punctis variegati. *Gol.*

دقش *dækś.* a. *n. ſ.* 1) Nom. animalculi, albis, nigriſque punctis variegati. 2) Nom. talis avis. *Gol.*

دقع *dækæ*. a. 1) *V. act.* [F. 4.] Inhærere terræ præ miſeria, *aut* paupertate. 2) Ægre ferre paupertatem. *Wan.* 3) Abjectum, pauperem eſſe. 4) Stomachi indige-

ſtione ex lacte laborare *cameli pullum.* 5) Contentum eſſe anguſtiore vita. *Gol.*

دقعا *dæk-ā.* a. *n. ſ.* 1) Terra, pulvis. *Wan.* 2) Terra, omnis herbæ expers. 3) Milii deterioris genus. *Gol.*

دقعم *dyk-ȳm.* a. *n. ſ.* Terra, pulvis. *Wan.*

دقف *dækæf.* a. *n. ſ.* Impetus, *pec.* inopinato incidens. *Gol.*

دقفانة *dukfānet.* a. *n. ſ.* Cinædus, exoletus. *Gol.*

دقق *dukæk.* a. *n. ſ. pl. a* دقّة *dukkæt*, & دقّي *dukkā.* Pulveres, arenæ tenues. *Wan.*

دقل *dækl.* a. *V. act.* 1) Impedire, *aut* prohibere. 2) Cuſtodire. 3) Percutere *in naſo, ore, cervice. Gol.*

دقل *dækæl.* a. *n. coll.* 1) Res, qua tingitur *barba, vola manus, ungues. Gol.* 2) Vilioris generis dactyli. 3) Palmæ ſpecies, *quæ* & لونة *lewnet*, *cujusque fructus* عجوة *ǣğwet dicitur.* 4) Arbor navis. *Wan.*

دقلة *dækælet.* a. 1) *n. unit. præc.* Una palma. 2) Una arbor navis. *Wan.* 3) *part. pl.* دقال *dykāl.* Gracilis oſſibus, atque extenuata *ovis. Gol.*

دقلمق *dykylmak.* t. *V. paſſ.* Obſtrui, obturari.

دقم *dækm.* a. 1) *V. act.* [F. 1. & 3.] Frangere anteriores dentes inopinato ictu, *aut* impulſu. *Wan.* 2) Trudere, ac impellere in pectore. 3) *n. ſ.* Gravis mœror ob debita, *vel* ſimile *quid. Gol.*

دقم *dækæm.* a. 1) *V. act.* Anteriores dentes ammittere. 2) Ingredi, immittique *in aliquem ventum.* 3) *n. ſ.* Noxa. *Gol.*

دقم *dykæm.* a. *part.* Amplus. *Gol.*

دقّم *dykymm.* a. *part.* Cui fracti ſunt dentes. *Gol.*

دقماق *dukmāk.* a. *n. ſ.* Species piſcis radio oſſeo, ſilurus dicti. *Forsk. deſcr. An.*

دقمس *dykæms.* a. *n. ſ.* Sericum, idque album. *Gol.*

دقمق *dakmak.* t. *V.* Affigere, appendere *funem collo, florem, vel pennam pileo.*

دقن *dækn.* a. *V. act.* 1) Verberare *in barbam, i. e.* maledicere in os. 2) Impedire, prohibere. *Gol.*

دقن الشّيبة *dæknūś-ſībet.* a. *n. ſ. compoſ.* Ariſtida adſcenſionis; *planta Arabiæ felicis. Forsk. deſcr. Pl.*

دقوان *dækwān.* a. *part.* Multum lactis ingurgitans *pullus camelinus*, ut propterea laboret e ſtomacho. *Wan.*

دقوة *dækywet.* a. *part. fœm. a* دقي *dækȳ.* *i. q. præc. Gol.*

دقوس *dukūs.* a. *V. act.* 1) Pervadere *regionem.* 2) Penetrare *in terram palum.* 3) Implere *puteum. Gol.*

دقوف *dukūf.* a. *n. ſ.* Impetus, *pec.* inopinato incidens. *Gol.*

دقوق *dækūk.* a. *n. ſ. pec. c. art.* الدّقوق *ed-dækūk.* Collyrii genus; *quod ſubtile. Gol.*

دقوقا *dækūkā.* a. *n. propr.* Nom. oppidi in Aſſyria. *Gol. in not. ad Alfr.*

دقوقة *dækūkæt.* a. *n. coll.* Calcantes boves, aſinique. *Gol.*

دقوي *dækwā.* a. *part. fœm. a* دقوان *dækwān.* Multum lactis ingurgitans *pulla camelina*, ut propterea laboret e ſtomacho. *Wan.*

دقي *dækȳ.* a. *part.* Multum lactis ingurgitans *pullus camelinus* cum gravamine ſtomachi. *Wan.*

دقّي *dukkā* a. *n. ſ. pl.* دقق *dukæk.* Subtilis arena. *Gol.*

دقيانوس *dækjānos.* t. *n. propr.* Decianus, *tum* magus, *tum* rex. ¶ دقيانوس فلوري *dækjānos fülūrī*, *q.* Deciani aureus, *h. e.* optimus. *Kyrk.*

دقية *dækyjet.* a. *part. fœm. a* دقي *dækȳ.* Multum lactis ingurgitans *pulla camelina* cum gravedine ſtomachi. *Wan.*

دقيرة *dækȳret.* a. *n. ſ.* Hortus, floribus, ac herbis amœnus. *Gol.*

دقيش *dukæjś.* a. *n. propr.* Nom. viri. *Wan.*

دقيق *dækȳk.* a. 1) *n. ſ.* Farina. 2) *part.* Subtilis, valde minutus, gracilis. 3) Subtile *negotium.* 4) In quo parum boni. *Sottile, minuto. Gol.* ¶ سؤال دقيق ايله *süālī dækȳk ile.* Subtili quæſtione, interrogatione. *Con ſottile queſtione. Sœ.*

دقيقة *dækȳkæt*, & دقيقه *dækȳkæ.* a. 1) *part. fœm. præc.* Subtilis, minuta. 2) *n. ſ.* Ovis. 3) Gradus. *Acht.* 4) *uſit.* Momentum, minutum *tam temporis, quam res minuta. Minuto, momento.* 5) *n. propr.* Nom. ſcopuli in ſinu maris arabici. *Nieb. deſcr. Arab.* ¶ دقيقه فوت ائتمك *dækȳkæ fewt itmemek*, *c c. præcendente* ده *de, rei.* Nihil penitus, ne unum quidem minutum prætermittere. *Non mancar punto. Tef.* رعايت مسافرينده دقيقه فوت اولنمز *ry-ājeti müſāfirinde dækȳkæ fewt olunmaz.* In bene tractandis hoſpitibus nihil prætermittetur. *Senza mancarſi punto all uffizio dell' oſpitalità.* دقيقه سنجان *dækȳkæ ſengiān.* Momentorum ponderatores, ſubtilitatum ſcrutatores. *Gl' oſſervatori delle ſottigliezze.* دقيقه شناسان بني آدم *dækȳkæ śināsānī benī ādem.* Subtiliſſima, ac minutiſſima quæque percipientes. *Sœ. Gl' uomini di perſpicaciſſimo ingegno. Br.*

دك

دك *dek.* p. 1) *n. ſ. i. q.* آسيب *āsīb.* Deſtinatio, prædeſtinatio. 2) Colliſio, ictus, *ſeu* mutuus

complexus congredientium *etc.* 3) Mons, *aut* campus, herbis, *aut* arboribus deſtitutus. 4) *adj.* Pauper. 5) Firmus, ſtabilis. ¶ دكو لك *dekü lek*. Sonus, ſtrepitus colliſionis. *Ferh.*

دك *dek*. t. 1) *adv. pro* تك *tek*. Solum, dummodo, ſi modo. *Purchè.* 2) *partic. addita dativo nominis, & tempori verbi in* نجه *inge*. Uſque, uſque ad, donec, uſque dum. *Sino, fino à, finchè.* ¶ شمديه دك *śimdijedek*. Hucusque, hactenus. *Sin' ora, ſin' adeſſo.* نه زمانه دك *ne zemānedek*, & نيجيه دك *nīćejedek*. Quouſque? *Sin' à qual tempo?* بچه دك *bećedek*. Viennam uſque. اولنجيه دك *ölingejedek*. Donec moriatur. *Ll.*

دكّ *dekk*. a. 1) *V. act.* [F. 1.] Contundere, conterere, comminuere. *Wan.* 2) Complanare æquatis inter ſe partibus altis, & depreſſis. 3) Commiſcere, confundere. 4) Opplere terra *puteum.* 5) *intranſ.* Comminui, conteri. 6) Deprimi, ac velut complanari. 7) *n. ſ. pl.* دكاك *dikāk*. Æquabilis arena. 8) *part. pl.* دكوك *dükūk*. Comminutus in pulverem. *Gol.*

دك *dik*. t. *partic. amplificativa.* Recta, in altum, *uti:* دك يوقري *dik jokary*. Recta ſurſum. *Dritto in alto.* ¶ صاچي دك طوريور *faći dik duriur*. Recta ſtant illi, & arrecti crines. *I capelli ſe gl' arricciano.* دكنه تراش *dikine trāś e*. Adverſo pilo barbam radere. *Radere a contrapelo.*

دك *dük*, & دگ *düg*. p. *n. ſ. contract. a* دوك *dūg. i. q.* ايك *īg*. t. Fuſus, ejuſve orbiculus gravior. *Fuſo, fuſajolo. Ferh.*

دكّ *dükk*. a. 1) *n. ſ. pl.* دككة *dikeket*. Mons depreſſus. 2) *part. pl. ab* أدكّ *edekk*. Præditi latiore dorſo equi. *Wan.*

دكّا *dekkā*. a. 1) *part. fœm. ab* أدكّ *edekk*. Latiore dorſo prædita *equa*, planiore, ac æquabili, tuberis experte, *camelitis.* 2) *n. ſ. pl.* دكّاوات *dekkāwāt*. Collis terræ depreſſior. *Wan.* 3) Talis cumulus luti. *Gol.*

دكادك *dekādik*, & دكاديك *dekādīk*. a. *n. ſ. pl. a* دكداك *dekdāk*, & *dikdāk*. Arenæ ſupra terram accumulatæ, non tamen altæ. *Wan.*

دكاس *dükās*. a. *n. ſ.* Somnolentia, dormitatio, hominem premens. *Wan.*

دكاع *dükā'*. a. *n. ſ.* Morbus pectoris, *vel* tuſſis genus, *quo cameli, vel equi affligi ſolent. Wan.*

دكاك *dikāk*. a. *n. ſ. pl. a* دكّ *dekk*. Æquabiles arenæ. *Gol.*

دكاكين *dekākīn*. a. *n. ſ. pl. a* دكّان *dükkān*. Officinæ, tabernæ. *Wan.*

دكالا *dekālā*. a. *n. ſ.* Satanæ nomen. *Gol.*

دكان *dükān*. p. *n. ſ.* 1) Officina, taberna. *Bottega.* 2) Fungus arboris mollis, *ſeu* extuberans medulla in quercu naſcens, ignis fomes, quoque eum accendunt. *Ferh.* 3) Locus in quo opificia faciunt, & merces vendunt. ¶ اهل دكان *ehlī dükān*. Tabernarius. *Bottegaro.* شكرجي دكاني *śekergi dükāni*. Myropolium. *Spezieria. Bob.* قصّاب دكاني *kæſſāb dukāni*. Laniena, macellum. *Beccheria, macello.*

دكّان *dükkān*. a. *n. ſ. pl.* دكاكين *dekākīn*. Officina, taberna. *Bottega. Wan.*

دكانجق *dükāngyk*. t. *n. ſ.* 1) *diminut. præc.* Taberna parva. 2) Scamnum mercatorum, ante officinam exponi ſolitum. *Botteghino, e banco avanti la bottega.*

دكانچه *dükānće*. p. *n. dimin. i. q. præc. Ferh.*

دكانجي *dükāngi*. t. *n. ſ.* Tabernarius. *Botteghiere.*

دكّاوات *dekkāwāt*. a. 1) *n. ſ. pl. a* دكّا *dekkā*. Cumuli luti depreſſiores, *aut* ejusmodi terræ colles. 2) *part. pl. ab* أدكّ *edekk*. Præditæ latiore dorſo *equæ*, planiore ac æquabili, tuberis experte, *camelites. Wan.*

دكّة *dekket*. a. 1) *nom. vicis a* دكّ *dekk*. Una æquabilis arena. *Gol.* 2) *n. ſ.* Locus ſeſſioni aptus, ſuperne complanatus, *pec.* officina, eaque parva. *Wan.*

دكجي *düggī*. p. *n. ſ.* 1) Obvolutio fili ſupra fuſum. 2) *i. q.* كروهه *kürūhe*. Omnis res globoſa. 3) Globulus, glans baliſtaria. 4) Glomus, & caput, ejusve vertex. *Ferh.*

دكداك *dekdāk*, & *dikdāk*. a. *n. ſ. pl.* دكادك *dekādik*, & دكاديك *dekādīk*. Arena ſuper terram accumulata, non tamen alta, & ejusmodi terra durior. *Wan.*

دكدرمك *degdürmek*. t. *V. tranſ. a* دكمك *degmek*. Facere, ut quid perveniat ad manus. *Far capitare.*

دكدرمك *din-dürmek*. t. *V. tranſ. a* دكمك *din-mek*. Sedare, tranquillare, facere ceſſare. *Fermare, far ceſſare.* ¶ صزي واغري دكدرمك *ſyzy we aghry din-dürmek*. Levare, ſedare dolorem. *Allegerire, far ceſſar il male.* قان دكدرمك *kan din-dürmek*. Siſtere ſanguinem. *Riſtagnare, ſtagnare il ſangue.*

دكدرمك *diktürmek*. t. *V. tranſit. a* دكمك *dikmek*. 1) Jubere conſui. 2) Facere plantari.

دكدك *dikdik*. t. *n. ſ.* Tegumentum equi tergi poſt ephippium. *Valdrappa.*

دكر *deger*. p. *n. ſ.* Species avis, in India reperibilis, cœrulei coloris, & rubri roſtri, *qui expanſis alis, colloque protenſo cantans hoc quaſi modo aviculas minores ad ſe advocat, quas, ubi ſub alas ejus ſe recipiunt, unam poſt alteram devorat. Ferh.*

دكر *deger*. t. 1) 3. *perſ. præſ. a* دكمك *degmek*. Valet. 2) *part.* Valens, qui valet. 3) *n. ſ.*

ipſe Valor. *Che vale, valuta.* ¶ دكردن زياده *degerinden ziāde*. Pluris quam valeat. *Più che non vale.* دكر بها ايله آلنوب *deger behā ile alünüp*. Juſto pretio, *ſeu* quanti valet, emtum. *Comprandolo a giuſto prezzo, o quanto vale.*

دكر *diger*. p. 1) *adv.* Adhuc, rurſus, denuo. *Ancora, di nuovo. Ferh.* 2) *adj.* Alter, alius, aliud. *Altro.* 3) *n. ſ.* Hora veſperarum, *ſeu* tempus pomeridianum. *Caſt.* ¶ دكر بار *diger bār*, & دكر باره *diger bāre*. *i. q.* بردخي *bir dachy*. 1) Altera vice. 2) Alia vice. *Un' altra volta.* دكر كون *diger gün*. 1) Alio, *vel* alterius generis colore, *i. e.* alio genere, alio modo. 2) Alteratus, variatus, mutatus. *D'altro colore, d' altra maniera, alterato. Ferh.* دكر نماز *diger nemāz*. Precatio meridiana, *q. altera. Caſt.*

دكران *dükrān*. p. *n. ſ. i. q.* اوركه *öreke*. t. Colus mulierum. *Conocchia, rocca. Caſt.*

دكرمن *degirmen*. t. *n. ſ. i. q.* طاحنة *tæhānet* a. آسياب *āſijāb* p. Mola. *Molino.* ¶ صو دكرمني *ſu degirmeni*. Mola aquaria. *Molino d'acqua.* يل دكرمني *iel degirmeni*. Mola alata. ال دكرمني *el degirmeni*. Mola manuaria, truſatilis. *Molino a braccio.* ات بارکير اشک دكرمني *at, bārgīr, eśek degirmenī*. Mola jumentaria, aſinaria. *Molino da cavallo.* دكرمن طاشي *degirmen taśi*. Lapis, molaris, mola. *Pietra di molino.* دكرمن اداسي *degirmen adaśī*. Mylos; *inſula in Archipelago, q. inſula molæ dicta. Herb.*

دكرمنجي *degirmengi*. t. *n. ſ.* Molitor. *Molinaro.*

دكرمي *degirmi*. t. *adj. i. q.* مدوّر *müdewwer*. a. كرد *gird*. p. Rotundus, ſphæricus. *Tondo, ritondo.* ¶ دكرمي ا *degirmi e*. Rotundum facere. *Far tondo.*

دكرن *digren*. t. *n. ſ.* Furcinula. *Forchetta.*

دكروز *digerūz*. p. *n. ſ. compoſ. contract. a* دكر روز *diger rūz*. Heſternus dies. *Caſt.*

دكز *den-yz*. t. *n. ſ. i. q.* بحر *bæhr*. a. دريا *derjā*. p. Mare, pelagus. *Mare.* ¶ اق دكز *ak den-yz*. Mare album, *h. e.* mediterraneum. *Il mar bianco, mediterraneo.* قره دكز *kara den-yz*. Mare nigrum, *i. e.* pontus Euxinus. *Il mar negro, Ponto.* لوط دكزي *lut den-yzi*. Mare mortuum, Aſphaltites lacus. *Il mar morto.* دكز ارشتهسي *den-yz eriśteſi*, & دكز اوتي *den-yz oty*. Alga marina. *Alga.* دكز آشوري اولان *den-yz āśūri olān*. Transmarinus. *Oltramarino.* دكز جنكي *den-yz gengi*. Prælium navale. *Battaglia navale.* دكز كناري *den-yz kenāri*. Littus, ora maris. *Riviera del mare.* دكزدن *den-yzden*. Mari. *Per mare.* دكز ملايكي *den-yz melāiki*. Sirenes. *Sirene.* دكز بكلر بكي *den-yz beglerbegi*. Supremus rei marinæ apud Turcas præfectus, *qui uſitatiore vocabulo* قپودان پاشا *kæpūdān pāśā dicitur. Leuncl.*

دكزده *dekzede*. p. *adj. compoſ.* Barba, & myſtacibus raſus. *Ferh.*

دكزلو *den-yzlü*. t. *adj.* Maritimus. *Maritimo.*

دكس *deks*. a. *n. ſ.* 1) Procubitus in genua. 2) *aliis* Fartura. *Gol.*

دكس *dekes*. a. *n. ſ.* Accumulatio, cum alia aliis imponuntur. *Gol.*

دكسز *den-ſyz*. t. *adj.* Immodeſtus, diſſolutus, inſolens. *Sfacciato, sboccato, inſolente.*

دكش *degiś*. t. *n. verbal.* Permutatio. *Cambio.*

دكش *dikiś*. t. *n. verbal.* 1) Sutura. *Cucitura.* 2) Plantatio. *Piantamento.*

دكشب *dikśeb*. p. *n. ſ. compoſ.* Heſterna nox. *La notte paſſata. Caſt.*

دكشترمك *degiśtürmek*. t. *V. tranſ.* Permutare, commutare, & tranſmutare. *Cambiare, traſmutare.*

دكشمك *degiśmek*. t. *V.* 1) Transmutare, commutare. 2) *paſſ.* Commutari. *Cambiare, ed eſſer barattato.*

دكشمه *degiśme*. t. *n. verbal.* Mutatio, variatio. ¶ هر شيک دكشمهسي واردر *her śejün degiśmeſi wārdür*. Quælibet res ſuam habet revolutionem, *aut* viciſſitudinem. *An.*

دكشيجي *degiśigi*. t. *n. ſ.* Permutator. *Chi fa baratto, cambio.*

دكك *dekek*. a. *n. ſ.* Æquabilitas dorſi camelini. *Gol.*

دكك *dikik*. t. *n. ſ.* Vitis, planta. *Vigna, pianta.*

دككة *dikeket*. a. *n. ſ. pl. a* دكّ *dükk*. Montes depreſſi. *Wan.*

دكل *dekl*. a. *V. act.* [F. 1. & 2.] 1) Colligere, comprimereque manu, & ſubigere *lutum* ad inducendum rei. 2) Calcare *rem. Gol.*

دكل *degel*. p. *adj.* 1) Diſtortus manibus, pedibusque. 2) Detentus, vinculis ligatus. 3) Pedibus male olens. 4) *i. q.* دغل *dæghæl*. Nequam, nebulo. 5) Impuber, qui ad perfectam maturitatem non pervenit. *Ferh.*

دكل *degül*, *vul. deil*. t. 1) 3. *perſ. præſ. verbi negativi ſubſtantivi pro* دكلدر *degüldür*. Non eſt. *Non è.* 2) *adv. i. q.* لا *lā*, & ما *mā* a. نه *ne* p. Non. *Non.* 3) Non ſolum. *Non ſolo.* ¶ اورمق دكل اولدررم *urmak degül öldürürüm*. Non ſolum verberabo, ſed & occidam *eum*. *Non lo batterò nò, l' ucciderò.* حلواجيلک دكل سكاكوزلر كورمدك عجيب و غريب صنعتلر كوسترهلم *hælwāgīlik degül ſan-a gözler görmedük ægībü ghærīb ſæn-ætler göſterelüm*. Non ſolum dulciariorum parandorum, ſed nuſquam viſas mirabiles artes te edocebo.

edocebo. Non ti moſtrerò ſolo l'arte di paſticciero, mà altre, mai più viſte arti, e virtù. حلوا دكل زهرهلاهل اولورسه بيك جانله نوش ايده رېز hælwā degül zehri helāhül olürſæ bin-giān ile nūś ideryz. Non ſolum dulciarium, ſed etiamſi venenum lethale eſſet, id in gratiam ejus libentiſſime ſumeremus. Eb. قلعه و پلنقه دكل مجدّداً بر ستون وضع اولنمق جايز كورلدوكي خود سز دوستمزك معلوميدر kæl-æ wü palanka degül mügeddeden bir sütun wæz olunmak giāiz görülmedügi chod ſiz döſtümüzün mæ'lūmīdür. Optime tu, amicus noſter noſti, non licere de novo erigi vel columnam, nedum arcem, vel caſtellum. Ll. دكلكه & دكلكه degülki. Nedum, tantum abeſt, ut... Molto meno. non che...

دكلان düklān. p. n. ſ. Inſtrumentum, quo goſſypium, aut lana in fila trahitur. Ferh.

دكلت dekelet. a. 1) n. ſ. Cœnum, lutum tenue, molle, & aquoſum. 2) part. Qui non reſpondent, aut obſequuntur principi, præ faſtu quodam, aut præſtantiæ opinione. Wan.

دكلمش dikilmiś. t. part. præt. 1) Plantatus. 2) Erectus, ſtabilitus, fixus. 3) Conſutus. 4) Subſtitutus. Piantato, eretto, ſtabilito, ſoſtituito, e cucito.

دكلمك dikilmek. t. V. paſſ. 1) Plantari. 2) Erigi. 3) Conſui. 4) Subſtitui.

دكلمك din-lemek. t. V. Auſcultare, audire. Aſcoltare.

دكلندرمك din-lendürmek. t. V. tranſ. 1) Quietem dare, vel reddere. 2) Sublevare. Far ripoſare, ſolevare, allegerire.

دكلنمش din-lenmiś. t. part. Quietus, qui quievit. Ripoſato.

دكلنمك din-lenmek. t. V. i. q. راحت rāhæt. a. آسودن āsūden. p. Quieſcere, pauſare, otiari. Ripoſare.

دكلو den-lü. t. partic. quantitatem, aut pretium rei deſſignans, uti: نه دكلو ne den-lü. Quantus, quot? Quanto, quanti? او دكلو o den-lü. Tantus, tantum, tot. Tanto, tanti. ¶ سزدن ذرّه دكلو خوفلري يوقدر ſizden zerre den-lü chæwfleri joktür. Vos minime timent. Non anno paura di voi quanto un' atomo. Ll. بني بوقدر زمانه دكلو اويقوسز آليقودك beni bukædær zemāne den-lü ujukuſyz alykodun. Me tanto tempore inſomnem detinuiſti. Mi ai fatto reſtar tanto tempo ſenza dormire. Eb.

دكلي dikili. t. adj. Erectitius, erectus, ſtans. ¶ دكلي طاش dikili tāś. Columna erecta, obeliſcus. Nom. pyramidis, quæ Conſtantinopoli in foro, طاوق بازار tauk bāzār dicto, viſitur, atque a Conſtantino magno ſuper lapideum quendam tractum ſubterraneum erectam eſſe perhibetur. Hezarf.

دكلي dükeli. t. adj. i. q. جمله giümle. a. Omnes, totus. Tutti, tutto. Sæ.

دكم dekm. a. V. act. i. q. دفع def. 1) Trudere in pectore. 2) Super re aliqua rem contundere. Gol.

دكم dügüm. t. n. ſ. melius دوكم dugüm. Nodus. Nodo. Tef.

دكمش degmiś. t. 1) part. præt. Qui pervenit, devolutus in eum. Capitato, toccato. c c. dat. ¶ ميخ دكمش آت mych degmiś āt. Equus, clavo a ſolea confixus. Cavallo inchiodato.

دكمش din-miś. t. part. præt. Sedatus. Achetato, ſtagnato. ¶ دكمش اغري dinmiś aghry. Sedatus dolor, aut levatus. Dolore achetato.

دكمك degmek. t. V. 1) Valere. Valere. 2) Tangere, attingere. 3) Pertingere, pervenire. 4) Pertinere, ſpectare. Toccare, capitare, competere. ¶ بو چوق دكر bu ciok deger. Hoc multum valet, magni æſtimandum. Queſto vale aſſai. بهاسنه دكر behāſine deger. Valet, æquatve ſuum pretium. Vale il ſuo prezzo. بيك فلوري دكر bin-fülūri deger. Valet mille aureos. Vale mille Ongari. بر حبّه دكمز bir hæbbe degmez, هيچ نسنه دكمز hić nesne degmez. Ne obulum quidem valet. Non vale nulla. كوز دكمك göz degmek. 1) Oculum malignitate ſua lædere aliquem. 2) Malignum virum oculorum conjectu faſcinare hominem, animal. Affaſcinare, ammaliare. كوز دكمكلك göz degmeklik. Faſcinum ex malignantis oculi injectu. Affaſcinamento, ammaliamento. ميراث جهتندن دكمك mīrās gihetinden degmek. Hæreditatis via devolvi. Toccar per eredità. اول خبر قولاغنه دكدي ol chæber kulaghyne degdy. Ille nuntius ad aures ejus pervenit. Quella nuova pervenne a gl' orecchi ſuoi. نوبت اكا دكدي nöbet an-a degdy. Illi ſua obtigit vicis, aut ſuus ordo. Gli è toccata la ſua volta. بر بشرك بكا الي دكمدي bir beśerün-ban-a eli degmedy. Nullius hominum manus me tetigit. Non mi hà toccato anima vivente. نيچه كمسنه لره حصّه دكميوب محروم قالورلردي niće kimeſnelere hyſſæ degmejüp mæhrūm kalürlerdy. Compluribus partem negante forte, ſpe, votoque deſtituebantur. A molti non toccandone parte, reſtavano privi, e fruſtrati. Eb.

دكمك dikmek. t. V. 1) Figere, efferre, erigere. 2) Plantare. 3) Stabilire, conſtituere aliquem in aliquo munere, præficere. 4) Suere, conſuere. Ficcare, dirizzare, piantare, ſtabilire,

bilire, e cucire. ¶ بر پادشاه دكمك bir pādiśāh dikmek. Regem conſtituere, aut in regem admittere. Stabilir un rè, toglierſi per rè. ويره بيراغن دكمك wire bajraghyn dikmek. Vexillum deditionis pangere. Eſporre bandiera bianca. ¶ دكش دكمك dikiś dikmek. Suturam conſuere, h. e. actualiter ſuere. Cucire una cucitura.

دكمك din-mek. t. V. 1) Ceſſare, deſinere. 2) Sedari, placari. Ceſſare, fermarſi, acchettarſi. ¶ يغمور دكدي jaghmur din-dy. Ceſſavit pluvia. La pioggia è ceſſata.

دكمك den-emek. t. V. Tentare, experimento probare. Provare, ſperimentare.

دكمك dökmek. t. V. melius دوكمك dökmek. Fundere, effundere. Tef.

دكمك dögmek. t. V. melius دوكمك dögmek. 1) Tundere, contundere. 2) Verberare. Tef.

دكمه degme. t. 1) 2. perſ. imper. à دكممك degmemek. Noli tangere, ſine in pace. Non toccarlo, laſcialo ſtare. 2) adv. & ſæpius دكمه ده degme de. Non facile, vix, quaſi vero, ſcilicet. Ohi bò, o che non. ¶ دكمه بر حال ايله degme bir hāl ile. Non facile. Oh che difficilmente. دكمه بلا ايله degme belā ile. Vix at ne vix quidem. A mala pena, anzi mai. Ik. دكمه دياره اولمز degme dijarde olmaz. Vix ullibi reperiatur. In pochi, ò niuni paeſi ſi trova. Sæ. دكمه كمسه بو دولته ايرشمزكه degme kimſe bu dewlete iriśmez ki... Vix ulli hæc ſors concedatur, ut... A pochi, o a neſſuno è conceſſa tanta ſorte, che...

دكمه dikme. t. adj. Acuictus. Ricamato.

دكمه dögme. t. n. ſ. melius دوكمه dögme. Globus veſtiarius. Bottone.

دكن dekn. a. V. act. [F. 1.] Imponere ſupellectilem aliam alii. Gol.

دكن deken. a. V. act. [F. 4.] Colore ad nigrum inclinare, ſubnigrare linteamen. Wan.

دكن deken. p. n. ſ. Cacumen extremum montis. Ferh.

دكن degin. t. partic. poſtpoſita dativo nominis, & tempori verbi in نجه inge. 1) Usque, usque ad. 2) Donec. ¶ موتنه دكن mewtine degin. Usque ad mortem ſuam, aut donec moriatur.

دكن dikn. a. V. act. [F. 3.] Colore ad nigrum inclinare, ſubnigrare linteamen. Gol.

دكن diken. t. n. ſ. 1) i. q. شوك śewk. a. خار chār. p. Spina. 2) Carduus. 3) Aculeus. Spina, cardo. ¶ آرو دكني āru dikeni. Aculeus apis. Pungiglione della pecchia. دمر دكني demyr dikeni. Tribulus. Tribolo. دوه دكني dewe dikeni. Dipſacus. Il cardo de' tintori. اولمز دكن ölmez diken. Myrtus. قبا دكن kaba diken. Spinoſus paliurus. Il paliuro ſpinoſo. Bob. قره دكن kara diken. 1) Spina nigra, ſentis. 2) Erinaceus, aut ejus ſpicula. Riccio marino, ſpina negra. اق دكن ak diken. Spina alba, rhamnus. Spinalba. دكن بتمق diken batmak. Spinam configere, immergi in... Pungere, entrare in... دكن اياغمه باتدي diken ajaghume batty. Pedi meo infixa eſt ſpina. Ll.

دكنا deknā. a. part. 1) Multis aromatibus conſperſa offa. 2) fœm. ab أدكن edken. Colore ad nigrum vergente prædita. Gol.

دكنبريس dekemberis. t. n. ſ. ex latino. Decembris. Decembre.

دكنة düknet. a. n. ſ. Color ad nigrum vergens. Wan.

دكنجك degenegik. t. n. dimin. a دكنك degenek. Baculus parvus, bacillus. Baſtoncello.

دكنك degenek. t. n. ſ. 1) i. q. عصا æsā. a. چوب ciop. p. Baculus, ſcipio, fuſtis. 2) Verberatio, fuſtigatio. Baſtone, e baſtonata. ¶ چوبان دكنكي ciobān degenegi. Pedum. Paſtorale. حاجي & يولجي دكنكي hāgi, vel jolgi degenegi. Scipio viatoris, aut peregrinantis. Bordone. دكنك چالمق degenek cialmak, بصمق basmak, & اورمق aut urmak. c c. d. p. Fuſte cædere. Dar baſtonate. بر دكنك اوردي bir degenek urdy. Fuſte illum ſemel percuſſit. Gli diede una baſtonata. Eb.

دكنلك dikenlik. t. n. ſ. Spinetum, ſenticetum. Spineto.

دكنلو dikenlü. t. adj. Spinoſus. Spinoſo, pieno di ſpine. ¶ دكنلو اوت dikenlü ot. Carduus. Cardo.

دكورمك degürmek. t. V. tranſ. a دكمك degmek. uſitatius quam دكدرمك degdürmek. 1) Facere pervenire. 2) Facere attingere. 3) Transmittere. Far capitare, far toccare, rendere. ¶ سلامي دكور ſelāmümi degür. Fac, ut perveniat mea ſalutatio, ſaluta. Salutalo da mia parte. اياغن يره دكورميوب ajaghyn jere degürmeiüp. Pedibus fere non contacta terra, i. e. volando. Con ſomma preſtezza.

دكوريس dikewrīs, & dekūrīs. t. n. ſ. ex latino. Decembris. Decembre.

دكوم dögüm. t. n. ſ. melius دوكم dügüm. Nodus. Nodo, groppo.

دكوك dükūk. a. part. pl. a دكّ dekk. Comminuti in pulverem. Wan.

دكون dügün. t. n. ſ. melius دوكن dügün. Nuptiæ. Nozze.

دكه *dekh.* a. *V. act. pro* نكه *nekh.* Flare, ſpiritumque emittere *in faciem alterius. Gol.*

دكه *düke.* p. *n. ſ. antiquo perſarum idiomate.* Carcer. *Carcere. Ferh.*

دكه‌مك *den-emek.* t. *V.* Periculum facere, probare, tentare.

دكيجي *dikiği.* t. *n. ſ.* 1) Plantator. 2) Conſutor.

دكير *dekīr.* a. *n. ſ.* Nom. animalis bovis magnitudine, *quod nulla habens cornua nocte prædatur. Forsk. deſcr. An.*

دكيسة *dekīset.* a. *n. ſ. i. q.* جماعة *gemā-æt.* Cœtus, turba. *Gol.*

دكيك *dekīk.* a. *part.* Totus, ac integer *annus. Gol.*

دكين *degin.* t. *partic. poſtpoſita dativo nominis, & tempori verbi in* كجه *inge.* 1) Usque, ad. 2) Donec. ¶ تا هندستانه دكين *tā hindistāne degin.* Ad Indias uſque.

دكين *dükejn.* a. *n. ſ.* Nom. animalculi repentis. *Gol.*

دكينه *degīne.* p. *adj.* Heſternus *pec. dies. Caſt.*

دل

دلّ *dell.* a. 1) *V. act.* [F. 2.] Limis aſpicere, ac gravi, faſtoſoque vultu eſſe, ſimulando adverſi quid animi, cum tamen quis faveat, *uti facere amantes ſolent.* 2) Geſtibus jocari, blandiri. 3) Ducere, dirigere, indicare. *Wan.* 4) *n. ſ.* Intuitus *pec.* amantis, qui limis fit. 5) Gravitas, ac faſtoſus vultus *pec.* cum amoris diſſimulatione. 6) Cor, præcordia. *Gol.*

دل *dil.* p. *n. ſ.* 1) *i. q.* قلب *kælb.* a. يورك *jürek.* t. Cor. *Cuore. Ferh.* 2) Animus. *Animo.* 3) Medulla *arboris, aut* intimum *cujusvis rei. Midolla.* 4) Truncus. 5) Oculus. ¶ بي دل *bī dil.* Excors, puſillanimis, ignavus. صاحب دل *sāhyb dil.* Cordatus. *Uomo generoſo.* دل درخت خرما *dili dirachtī churmā.* Cerebrum palmæ. دل خوشي دادن *dil chosī dāden.* Benignum ſe præbere alicui, demulcere animum alicujus. *Caſt.* جانو دل ايله *giānü dil ile,* & جانو دلدن *giānü dilden.* Libentiſſime. درون دلدن *derūnī dilden.* Idem. *Di tutto cuore.* دل وجان ايله اولادلرك تسليمه راغب وخواهان اولديلر *dilü giān ile ewlādlerün teslīme rāghybü chāhān oldiler.* Ex animo optabant, ſtudebantque ipſi tradere filios ſuos. *Sæ.* * *Expreſſ. fig.* دل بر دل كواهي ميدهد *dil ber dil güwāhī mīdehed.* Cor cordi teſtimonium dat, *h. e.* كوكلدن كوكله يول وار *gön-ülden gon-üle jol war.* Cordi ad cor aditus patet, *i. e.* facile ſibi junguntur, & conciliantur animi. دل داد *dil dād, h. e.* رضا ويردي *ryzā wirdy.* Acquievit, aſſenſum præbuit. *Acconſentì.* دل كنان *dil künān, h. e.* اضطراب ويريجيلر *yztyrāb wiriğiler.* Vexatores, aliis moleſti. دل شب *dili śeb, h. e.* نصف الليل *nysfül-lejl.* Media nox. *Mezza notte.* دل كران كرد *dil girān kerd, h. e.* خاطر مانده اولدي *chātyr mānde oldy.* Offenſus eſt. *Fù offeſo, disguſtato.* دل كرفت *dil girift, h. e.* طارلدي *darildy.* Succenſuit, ira commotus fuit. *S'adirò.* دل نمود *dil nümūd, h. e.* التفات ايلدي *iltifāt ejledy.* Blande excepit, benevolentiam, & honorem exhibuit. دل نهاد *dil nihād, h. e.* 1) اطمنان قلب كوستردي *ytminānī kælb göſterdy.* Quietem, & tranquillitatem animi commonſtravit. 2) اطمنان نفس ايلدي *ytmīnānī nefs ejledy.* Pacavit animum, *aut* deſideria cordis ſui contentavit. *Ferh.*

دل *dil.* t. *n. ſ.* 1) *i. q.* لسان *lisān* a. زبان *zebān.* p. Lingua. *Lingua.* 2) Idioma. *Linguaggio.* 3) Captivus, bello captus, *quo quis de hoſtium rebus informari poteſt. Lingua, prigione.* ¶ دل المق طوتمق كتورمك *dil almak, tutmak, aut getürmek.* Aliquem ex hoſtibus capere. *Prender lingua. Sæ.* سزه دل كوندرلمك ايچون اوچ دوردني اخذ ايدوب *ſize dil gönderilmek içiün üć dördini æchz idüp.* Captis aliquot eorum, ad vos informationis cauſſa mittendis. *Avendone preſi trè, o quattro per mandarvi lingua, ed informarvi. Ll.* دلني طوتمق *dilini tutmak.* Continere linguam, tacere. *Tener la lingua in freno.* ترازو دلي *terazü dili.* Lingula ſtateræ, epigloſſis, examen. *Linguetta di bilancia.* چاك دلي *ćiān dili.* Piſtillum, malleus campanæ. *Battaglio di campana.* دكز دلي *den-yz dili.* Sinus. *Seno, golfo.* صغر دلي *ſyghyr dili.* 1) Lingua bubula. 2) Bugloſſa; *herba. Lingua di bove, e bugloſſa.* كليدك دلي *kilidün-dili.* Lingula feræ. *Linguetta della ſerratura.* دل پينري *dil pejniri.* Caſeus oblongus recens, *pec.* bubalinus. *Provatura.* دل التي *dil alty.* Pituita in gallinis. *Pipita, male ſotto la lingua.* دل ايله صوقمق *dil ile ſokmak.* Pungere, mordere dictis, lædere verbo. *Mordere con parole.* دل ايله صوقيجي *dil ile ſokyği.* Mordax. *Mordace.* دلي صرمشمق طولشمق *dili ſarmaśmak, vel dolaśmak.* Titubare lingua. *Scilinguare.* دلك باغني آلمق *dilün-baghyny almak.* Enodare linguam. *Snodare, ſciogliere la lingua.* دل بالغي *dil balyghy.* Solea. *Linguattola. An.* دل صوقلغي *dil ſokmaklyghy.* 1) Mordacitas linguæ. 2) Mordax dictum. دل طتلولغي *dil tatlulyghy.* Suavitas linguæ, *aut* loquelæ. *Affabilità.* دل

يردمي *dil iardümi.* Suffragium. *Suffragio, favore.* دل ياردمي ا *dil iardümi* e. Suffragari. *Ajutare.* دل اوجنده ا *dil uğinde* ol. In primoribus labiis habere. دلم اوجنده ايدي *dilüm uğinde idy.* In primoribus labiis id mihi erat. *L'avevo sù la punta della lingua.* دل بلمز *dil bilmez.* 1) Linguam ignorat. 2) Qui linguam ignorat. *Ignorante della lingua.* هر ولايتك دلني بلمك *her wilājetün dilini bilmek.* Nationum idiomata callere. *Saper le lingue di ogni paeſe.*

دل *dül.* p. *n. ſ.* 1) Morbus, quo cor afficitur. 2) Species herbæ purgandis inteſtinis. *Ferh.*

دلآ *delā.* a. *n. ſ. pl. a* دلاة *delāt.* Urnæ *pec.* parvæ. *Wan.*

دلآ *dilā.* a. 1) *V.* [3. *a* دلو] Benignitate, ac blanditiis *erga alium* uti. 2) *n. ſ. pl. mult. a* دلو *delw.* Urnæ, ſitulæ. *Gol.*

دلّاب *düllāb.* p. *n. ſ.* Arca, feneſtræ inſtar in murum inſerta. *Caſt.*

دلاة *delāt.* a. *n. ſ. pl.* دلآ *delā.* Urna *pec.* parva. *Wan.*

دلاث *dilās.* a. *part. pl.* دلث *düls,* & *dülüs.* Velox *camelitis. Wan.*

دلاثم *dülāſim.* a. *part.* Velociter incedens. *Gol.*

دلاخ *dilāch.* a. *part. pl. a* دلاخ *dülāch.* Magnis clunibus præditæ *mulieres. Gol.*

دلاخ *dülāch.* a. *part. ſing. præc. Gol.*

دلاد *dilād.* p. *n. ſ.* 1) Sponſus. *Caſt.* 2) Gener. *Genero. Ferh.*

دلارام *dilārām.* p. 1) *adj. compoſ.* Animo quietem dans, *aut* amabilis. 2) *n. ſ.* Amica, amaſius, res amata, *aut* pulchrum quid. *Che dà riposo all' animo, bella, diletta, coſa bramata. Ferh.*

دلازار *dilāzār.* p. *adj. compoſ.* Vexator, moleſtia afficiens, *aut* crudelis. *Che reca faſtidio, crudele.* ¶ رقيب دلازار *rækybī dilāzār.* Æmulus crudelis. *Rivale crudele. Ah.*

